

# De Stoicismo Marci Antonini

scripsit

**Dr. M. Koenigsbeck.**

---

Sententias a Marco Aurelio Antonino, imperatore philosophante, libello, qui vulgo inscribitur *εἰς ἑαυτόν*, nullo certo ordine ac rerum sermonisque contextu mandatas dialectice disponere atque pro argumentorum ratione inter se nectere, quum hac tantum via ad interiorem scientiam rationis et disciplinae hujus singularis viri pervenire liceat, jam abhinc duodecim annos statutum mihi erat deliberatumque. Uno anno post, ut summos in philosophia honores rite capesserem amplissimo philosophorum in academia Regiomontana ordini dissertatiunculam exhibui, qua libros de hac re confectos judicare, praecipue illos viros, qui Christianam legem ad Marci philosophiam magnam habuisse vim contendebant, refellere ac redarguere conabar. Ad extremum, quid statuerit Marcus de ea logicorum parte, quae in arte vera ac falsa dijudicandi versatur, quasi in appendice breviter exposui. Opusculum illud neque amplissimo philosophorum ordini displicuit neque ab aliis viris literatis neglectum vel spretum est. Fecit ejus mentionem Friedr. Ueberweg, Grundriss der Geschichte der Philosophie 1. Theil Berlin 1863 pag. 124; pluris illud aestimasse videtur E. Forster, qui vix me autorem cum laude quadam nominans paginas 30—39 libri sui „de M. Aur. Antonini vita et philosophia“ Rastadii 1869 ex mea dissertationiunctula non sine fidenti audacia ad verbum transcripserit. Itaque hoc anno, quo conficienda commentationis scholasticae munus obtigit mihi, ad illas quaestiones, quas ne exsequerer, multae res obstiterant, reverti easque huic libello mandare constitui. Quum vero dissertationes inaugulares post paucos annos nusquam alibi nisi in bibliotheca academica inveniri soleant situ velatae et pulvere obrutae; pleraque autem scidis vix leviter per volatis ab „amicis carissimis“ et „fautoribus optime meritis“ in librorum armaria vel lecticulos lucubratorios abjectae plagulis paullatim nudatae et brevi tempore e conspectu hominum ablatae sint: pauculae illae paginae, quibus continentur logica, ne manci quid et imperfecti emitterem, iterum typis describendae et praemittendae videbantur.

---

## De Stoicismo Marci Antonini.

Tota philosophia, Cicerone auctore<sup>1)</sup>, a Platone divisa est in partes tres, in logicam, physicam, ethicam. Quam divisionem quum ceteri philosophi, tum Stoici accipiebant. Plut. de plac. phil. I. prooem. οἱ μὲν οὖν Στωῖκοι ἔφασαν τὴν μὲν σοφίαν εἶναι θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην, τὴν δὲ φιλοσοφίαν ἀσκησιν τέχνης ἐπιτηδείου . ἐπιτήδειον εἶναι μίαν καὶ ἀνωτάτην τὴν ἀρετήν . ἀρετὰς δὲ γενικωτάτας τρεῖς, φυσικὴν, ἡθικὴν, λογικὴν . διὸ ἡνὶ αἰτίαν καὶ τριμερῆς ἔστιν η̄ φιλοσοφία, η̄ τὸ μὲν φυσικὸν, τὸ δὲ ἡθικόν, τὸ δὲ λογικόν. Itaque a nobis quoque de Antonini Stoici placitis disseretur hac partitione servata, praesertim quum hic philosophus ipse probasse eam videatur, cfr. VIII, 13 φυσιολογεῖν, παθολογεῖν, διαλεκτικεύεσθαι.

## A.

### L o g i c a.

## § 1.

#### Quae partes sint artis logicae quibusque de partibus dixerit Antoninus.

Quas in partes logicam dispertiti sint Stoici quibusque de rebus quaue in parte dixerint, tradidit nobis Diogenes Laertius VII, 41. τὸ δὲ λογικὸν μέρος φασίν εἴνιοι εἰς δύο διαιρεῖσθαι ἐπιστήμας, εἰς ὁγηορικὴν καὶ διαλεκτικὴν, τινὲς δὲ καὶ εἰς τὸ δρικὸν εἰδος, τὸ περὶ κανόνων καὶ κριτηρίων . ἔνιοι δὲ τὸ δρικὸν περιαιροῦσι. 42. τὸ μὲν οὖν περὶ κανόνων καὶ κριτηρίων παραλαμβάνοντι πρός τὸ τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν . ἐν αὐτῷ γὰρ τὰς τῶν φαντασιῶν διαιροδάς ἀπενθύνοντι . . . τὴν τε ὁγηορικὴν ἐπιστήμην οὖσαν τοῦ εὐλέγειν περὶ τῶν ἐν διεξόδῳ λόγων καὶ τὴν διαλεκτικὴν τοῦ ὅρθως διαιλέγεσθαι περὶ τῶν ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει λόγων . . . 43 . . . τὴν διαλεκτικὴν διαιρεῖσθαι εἴς τε τὸν περὶ τῶν σημαινομένων καὶ τῆς φωνῆς τόπον καὶ τὸν μὲν τῶν σημαινομένων εἴς τε τὸν περὶ τῶν φαντασιῶν τόπον καὶ τὸν ἐκ τούτων ὑφισταμένων λεκτῶν . . . 44 . . . εἶναι δὲ τῆς διαλεκτικῆς ἵδιον τόπον καὶ τὸν προειρημένων περὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς κτλ. . . Quas fere omnes quaestiones Marcus nihil curasse, immo vero ex animo vereque videtur sprevisse. Gratias enim, quod in tales res vel non inciderit vel plus non profecerit, et praeceptoris Rustico<sup>2)</sup> et diis<sup>3)</sup> agit. Quin etiam caput rei non positum esse in eo, quod

1) Acad. post I, 5.

2) Comm I, 7. παρὰ Ἀροντικοῦ . . . τὸ μὴ ἐπιραπῆναι εἰς ζῆλον σοφιστικὸν μηδὲ τὸ συγγράφειν περὶ τῶν θεωρημάτων η̄ προτρεπτικὰ λογάρια διαιλέγεσθαι . . . καὶ τὸ ἀποστῆναι ὁγηορικῆς κτλ.

3) Comm I, 17. παρὰ τῶν θεῶν . . . τὸ μὴ ἐπὶ πλέον με προκόψαι ἐν ὁγηορικῇ . . . ὅπως τε ἐπειθύμησα φιλοσοφίας, μὴ ἐμπεισεῖν εἰς τινὰ σοφιστὴν μηδὲ ἀποκαθίσαι ἐπὶ τοὺς συγγραφεῖς η̄ συλλογισμοὺς ἀναλύειν η̄ περὶ τὰ μετεωρολογικὰ καταγίνεσθαι.

quaeratur, quid sit vir bonus, sed in eo, ut talem virum se quisque praebeat<sup>1)</sup>. Namque in agendo sita sunt hominis et summum bonum<sup>2)</sup> et virtus et vita beata<sup>3)</sup>.

Sin vero altius quaerimus, actionem quamque proficiisci videmus ex placitis (*δόγμασι*), quibus homo utatur<sup>4)</sup>. Haec autem placita nituntur *φαντασίαις* i. e. visionibus, ita ut excitis his delecta illa exsistat, sublatis evanescant<sup>5)</sup>. Fieri igitur non potest actio nisi visione concepta. Quod si ita est, res quam magna Antonini judicio sit visio, jam videmus neque totum de illa locum ab eo neglectum esse opinamur. Et re vera pleraque ad *φαντασίας* et ad *όρων εἶδος* (cfr. Diog. Laert. l. l.) pertinencia Marci in commentariis invenimus.

## § 2

### De visione.

*αἰσθησις, αἰσθητική ἀντιτυπία, τὸ τυποῦσθαι φανταστικῶς, τὸ τυποῦσθαι κατὰ φαντασίαν. — τὸ φανταστικὸν, τὸ φάντασμα. — φαντασία, τὸ τὴν φαντασίαν ποιοῦν s. τὸ ὑποπτεῖον φανταστόν. — συγκατάθεσις, κρίμα, κρίσις, ὑπόληψις, δύναμις ὑπόληπτική. — συγκατατίθεσθαι, κρίνειν, ὑπολαμβάνειν, ἀποφαίνεσθαι. — οὐχ ὑπολαμβάνειν, ἀπωθεῖσθαι τὴν φαντασίαν, τὸ κρίμα τὸ περὶ τῶν πραγμάτων ἡσυχάζει. — ἐκβάλλειν τὴν ὑπόληψιν, ἔξαλείφειν s. ἀπαλείφειν τὴν φαντασίαν, τὴν κρίσιν, τὸ κρίμα.*

Videamus primum, quid sit visio. Ut ex physicis intelligemus, homo tribus ex partibus constat, ex corpore, anima, mente, quibus haec adscribit Marcus<sup>6)</sup>: *σώματι αἰσθήσεις, ψυχῇ δρμὰς, νῷ δόγματα. τὸ μὲν τυποῦσθαι φανταστικῶς καὶ τὰν βοσκημάτων, τὸ δὲ κτλ.* Ad sensus igitur eorumque functiones revocantur visa, quare in animalia non minus quam in hominem cadunt. — Ut supra dictum est vocabulo technico *τὸ τυποῦσθαι φανταστικῶς*, sic aliis locis invenimus *τὸ τυποῦσθαι κατὰ φαντασίαν*<sup>7)</sup> et *αἰσθητικὴ ἀντιτυπία*<sup>8)</sup>. Itaque consentire colligimus Marcum cum veteribus Stoicis de eo, quod visio sit *τύπωσις ἐν ψυχῇ, τοντέστιν ἀλλοίωσις, ὡς δὲ Χρύσιππος*<sup>9)</sup>. Sin vero quaerimus, quaenam hominis pars hac impressione affi-

1) Comm. X. 16. *μητέθ' ὅλως περὶ τοῦ, οἵον τινα εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἀνδρας διαλέγεσθαι, ἀλλὰ εἶναι τοιοῦτον.*

2) Comm. IX. 16. *οὐκ ἐν πείσι, ἀλλ' ἐνεργείᾳ τὸ τοῦ λογικοῦ πολιτικοῦ ζωὸν κακὸν καὶ ἀγαθὸν, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἀρετὴ καὶ κακία αὐτὸν ἐν πείσι, ἀλλ' ἐνεργείᾳ.*

3) Comm. VIII, 1. *τὸ ἐν ζῆτι. οὐκ ἐν συλλογισμοῖς, οὐκ ἐν πλούτῳ . . . οὐδαμοῦ. ποῦ οὖν ἔστιν; ἐν τῷ ποιεῖν, ἢ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις . πῶς οὖν ταῦτα ποιήσει; Εἰν δόγματα ἔχει, ἀτ' ὅντις ἄλλος καὶ αἱ πράξεις.*

4) Comm. VIII, 1. *Ἐν τῷ ποιεῖν, ἢ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις . πῶς οὖν ταῦτα ποιήσει; Εἰν δόγματα ἔχει, ἀτ' ὅντις ἄλλος καὶ αἱ πράξεις.*

5) Comm. VII, 2. *τὰ δόγματα πῶς ἄλλως δύναται τεκνωθῆναι, εἰν μὴ αἱ κατέλληλοι αἴτοις φαντασίαι σβεσθῶσαν, ἵνα διητεκῶς ἀναζωπυρεῖν ἐπὶ σοὶ ἔστιν.*

6) Comm. III, 16.

7) Comm. VI, 16.

8) Comm. VI, 28.

9) Diog. Laert. VII, 50.

ciatur, illam non mentem esse invenimus, sed eam partem, quae cum animalibus homini communis sit, i. e. *ψυχήν, animam*<sup>1)</sup>. Nam si aliter se haberet res, fieri non posset, neque ut animalia quoque uterentur visionibus (cfr. l. s. l. III, 16), neque ut τὸ φαντάζεσθαι, etiamsi mens delirare (*παραληρεῖν*) coepisset ejusque vires extinguerentur, tamen esse non desineret<sup>2)</sup>.

Hoc loco dicendum est de aliis duobus Stoicorum propriis verbis, quae etiam apud Antoninum inveniuntur. Sunt haec *φάντασμα*<sup>3)</sup> et *φανταστικόν* vel adverbialiter dictum *φανταστικῶς*<sup>4)</sup>. Utraque vox quam uno legatur loco, ex Antonini commentariis explicari non potest. Videamus, quid aliorum in scriptis inveniatur; cfr. Diog. Laert. VII, 50. διαφέρει δὲ φαντασία καὶ φάντασμα. φάντασμα μὲν γάρ ἔστι δόξης διανοίας οὐα γίνεται κατὰ τὸν ὑπνον, φαντασία δέ ἔστι τύπωσις ἐν ψυχῇ; Plut. de plac. phil. IV, 12. τῷ γάρ φαντασίᾳ ὑπόκειται τι φανταστὸν, τῷ δὲ φανταστικῷ οὐδέν. φάντασμα δέ ἔστιν, ἐγ' ὁ ἐλκόμεθα κατὰ τὸν φανταστικὸν διάκενον ἐλκνσμόν. πάντα δὲ γίνεται ἐπὶ τῶν μελαγχολώντων καὶ μεμηνότων<sup>5)</sup>. Utraque igitur in voce vani cuiusdam<sup>6)</sup> inest notio, quam Marcus quoque retinuit. Imprimi enim φανταστικῶς bestiis quoque vindicat, quibus non est regula, qua vera et falsa judicent; φαντάσματα autem dicit voluptatis vel oblectationis visiones, quas nunquam non vanas esse omnes Stoici existimabant.

Contra φαντασία, quatenus haec vox latius patet, est impressio, quae ex re aliqua objecta, quam dicit Marcus et τὸ τὴν φαντασίαν ποιοῦν<sup>7)</sup> et τὸ ὑποπίπτον φανταστὸν<sup>8)</sup>, per αἰσθητήρια<sup>9)</sup> i. e. instrumenta, quibus sentimus, in anima sive hominis sive bestiae fit<sup>10)</sup>.

Jam vero in homine accedit aliud, quo ejus visiones a visionibus animalium differunt. Refertur visum ad tertiam hominis partem, ad mentem (*νοῦν*), vel potius

1) De his hominis partibus dicemus in capite, quod est de homine.

2) Λέν γάρ παραληρεῖν ἀρξηται (ἢ διάροια), τὸ μὲν διαπεισθαι καὶ τρέπεσθαι καὶ φαντάζεσθαι καὶ δομῆν καὶ οὐα ἄλλα τουταὶ οὐκ ἐνδέησε. τὸ δὲ ξαντῷ χρῆσθαι καὶ τὸν (sequuntur complures res mentis propriae) . . . προσποβέννυται.

3) Ill. 4. πάντα ἀπλὰ καὶ εἰμενή καὶ ζών κοινωνικὸν καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν ἡ καθάπειξ ἀπολαντικῶν φαντασμάτων.

4) Ill. 16. τὸ μὲν τυπῶσθαι φανταστικῶς καὶ τὸν βοσκημέτων.

5) Alterum Plutarchi locum l. l. § 11, quum nimis sit corruptus sibi non constet, ad quaestionem non adhibemus. Emendatione autem, quam proponunt Preller et Ritter (hist. phil. graec. et rom. edit II. p. 439), hoc loco uti audacius sit; quamvis enim haec conjectura sit ingeniosa, tamen non omnis dubitatio sublata est.

6) Subtilitatem, qua usus est Diet. Tiedemannus (System der stoischen Philosophie, Leipzig 1776. tom. I. p. 71 sqq.) in distinguendis his vocabulis φαντασία, φανταστικόν, φαντάσματι vehementer laudamus. Quum vero Marcus noster harum rerum minus habuerit rationem, nobis illa subtilitas nullam affert utilitatem.

7) III, 11; XII, 18

8) III, 11; cfr. Plut. de plac. phil. IV, 12. Χρέσιππος . . . φησί . . . φανταστὸν τὸ ποιοῦν τὴν φαντασίαν.

9) V, 33.

10) Quaeque visio utrum sensibus an alio quoque modo homini offeratur, hac de re nihil in Antonini libris invenimus. Quid alii statuerint Stoici, prodidit Diog. Laert. VII, 51. τῶν δὲ φαντασιῶν

dicam, accedit mens ad visionem eique vel assentitur vel non assentitur. Utriusque enim in ea posita est potestas. Assensionem vero, Graeca voce appellatam *συγκατάθεσιν*, ad fingendam *φαντασίαν* esse necessariam intelligimus ex Cic. Acad. post. I, 11: „In qua (sc. tertia philosophiae parte) primum de sensibus ipsis quaedam dixit nova, quos cunctos<sup>1)</sup> esse censuit a quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille *φαντασίαν*, nos visum appellemus licet . . . Sed ad haec, quae visa sunt et quasi accepta sensibus, adsensionem adjungit animorum, quam esse vult in nobis positam et voluntariam“ et ex ejusdem auctoris Acad. prior. II, 12: „nunc de adsensione atque approbatione, quam Graeci *συγκατάθεσιν* vocant, pauca dicemus . . . Quum vim, quae esset in sensibus, explicabamus, simul illud aperiebatur, comprehendendi multa et percipi sensibus, quod fieri sine adsensione non potest“. Quam sententiam quin secutus sit Marcus, non dubium est. Nam et vocabula technica apud eum legimus, *συγκατάθεσις*<sup>2)</sup>, *φύσις λογική . . . φαντασίας συγκατατιθεμένη*<sup>3)</sup>, et idem ac ceteros hac voce significasse eum ex sententiarum nexu concludimus. Actionem enim quamque proficiendi ex dogmate, dogma ex visione supra jam vidimus. Ubi igitur non visiones, ibi non actions. Ergo agimus visione concepta, repressa non agimus. Jam vero si visio nihil aliud esset nisi ex aliqua re impressio, cuius potestatem non habemus, actions non penes nos essent. Sunt autem penes nos actiones<sup>4)</sup>, itaque etiam visionum, quum sive assentiri sive non assentiri iis possimus, nobis est data potestas<sup>5)</sup>. Haec vero impressio, quae ex re aliqua objecta in anima fit cuique assensa est mens, proprie dicitur et dicenda est *φαντασία*; illi autem, quae in bestiis quoque reperitur quaeque ad mentem s. rationem non relata animam tantum tangit, cum translatione quadam hoc nomen inditum est.

Praeter *συγκαταθέσεως* vocabulum alia quaedam invenimus idem significantia. Quorum in numerum referenda sunt primum *χρίμα* et *χρίσις*.

De notione *χρίματος*<sup>6)</sup>. Res non ad homines venire, sed homines ad res accedere dicuntur. Quonam modo accedunt? Judicio (i. e. *χρίματι*), quo quiescente (*ήσυχάζοντος*) res immotae manent (*πράγματα ἀτρεμεῖται*<sup>7)</sup> s. *ἀτρεμοῦντα μένει*<sup>8)</sup> s. *ἔξω*

αἱ μὲν εἰς τὸν αἰσθητικὸν, αἱ δὲ οὐ. αἰσθητικὰ μὲν αἱ δὲ αἰσθητηρίον ἡ αἰσθητηρίων λαμβανόμενα, οὐκ αἰσθητικὰ δὲ αἱ διὰ τῆς διανοίας καθάπερ αἱ ἐπὶ τῷ ἀσωμάτῳ καὶ ἐπὶ τῷ ἄλλῳ τῷν λόγῳ λαμβανομένων.

1) Ita conjectit Ernestius; vulgata (junctos — e quadam etc.) nullo modo ferri potest.

2) V, 10.

3) VIII, 7.

4) VI, 32. τὴν δὲ διανοίᾳ ἀδιάλογα, ὅσα μὴ ἔστιν αὐτῆς ἐνεργήματα. ὅσα δὲ γε αὐτῆς ἔστιν ἐνεργήματα, ταῦτα πάντα ἐπ' αὐτῇ ἔστιν.

5) Idem concludimus ex III, 4, ubi homini praescribitur, quales *φαντασίας* habere se assuefaciat, *ἔθιστον* ἔστεντον, μόνον *φαντάζεσθαι* περὶ ὃν . . . Itaque potestas quaedam visorum ei data sit necesse est.

6) XI, 11. εἰ οὐκ ἔχεται ἐπὶ αἱ τὰ πράγματα, ὡν αἱ διοίξεις καὶ τρυγεῖ θορυβοῦντοι αἱ, ἀλλὰ τρόπον τινὰ αὐτὸς ἐπ' ἔκεινα ἔχει. τὸ γοῦν χρίμα τὸ περὶ αὐτῶν ἡσυχαζέτω, κάκινα μενεῖ ἀτρεμοῦντα, καὶ οὗτοι διοίξων οὔτε γείγουν οὐδὲ φέρουν.

7) XI, 16.

8) XI, 11.

*εστηκεν ἀτρεμοῦντα<sup>1)</sup>* i. e. homini visionem sui non praebent. Idem igitur *χρίμα* quod *συγκατάθεσις*.

De notione *χρίσεως*<sup>2)</sup>. Plane eodem modo quo supra res immotae manere, homines vero, quum judicia (*χρίσεις*) de iis proferant, in se ipsis eas quodammodo depingere dicuntur. Nihil igitur a notione *χρίματος* et *συγκαταθέσεως* differt *χρίσις*.

Saepissime legimus vocem *ὑπολήψεως*, quam prorsus idem significare atque vocabula a nobis laudata inde concludimus, quod XI, 16 pro hac voce, qua insti-tuere quaestionem cooperat, postea Marcus ponit *χρίσιν*<sup>3)</sup> multisque praeterea locis de notione *ὑπολήψεως* idem dicit quod de *συγκαταθέσεως* et reliquorum vocabulorum similium<sup>4)</sup>. Hac ex voce illa mentis vis, in qua sita est s. assentiendi s. opinandi facultas, nomen traxit; dicitur *δύναμις ὑποληπτικῆς*<sup>5)</sup>.

Quae vis quam rationem habere possit ad visa, ex parte jam explicavimus. Aut assentitur iis (*συγκαταθέτει*, *χρίνει*, *ὑπολαμβάνεται*, *ἀποφαίνεται*<sup>6)</sup>, tum *φαντασία* existit; aut non assentitur (*οὐχ ὑπολαμβάνει*<sup>7)</sup>, *ἀπωθεῖται τὴν φαντασίαν*<sup>8)</sup>, *τὸ χρίμα τὸ περὶ τῶν πραγμάτων ήσυχάζει*<sup>9)</sup>, tum *φαντασία* non existsit; aut assencionem jam factam tollit (*ἐκβάλλει τὴν ὑπόληψιν*<sup>10)</sup>, *ἀείρει τὴν ὑπόληψιν*<sup>11)</sup>, saepius termino technico illo, quem duxit Marcus ab inducendis iis, quae in tabula cerea scripta sunt: *ἔξαλείφει* s. *ἀπαλείφει τὴν φαντασίαν*<sup>12)</sup> s. *τὴν χρίσιν*<sup>13)</sup>, tum etiam visio, quae in animo erat, tollitur.

1) IV, 3.

2) XI, 16. ἀλλὰ τὰ μὲν (scil. ἀδιάφορα) ἀτρεμεῖ, ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν οἱ τὰς περὶ αὐτῶν κρίσεις γεννῶντες καὶ οἷον γράφοντες ἐν ἔαυτοῖς, ἔξον μὲν μὴ γράφειν, ἔξον δὲ, καὶ πον λάθη, εὐθὺς ἔξαλείψαι.

3) XI, 16. οὐδὲν αὐτῶν ὑπόληψιν περὶ αὐτοῦ ἡμῖν ἐμποιεῖ οὐδὲν ἔρχεται ἐφ' ἡμᾶς. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀτρεμεῖ κτλ. cfr. adn. 2. et VI, 52.

4) τὰ πράγματα οὐχ ἀπτεται τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἔξω ἐστηκεν ἀτρεμοῦντα. αἱ ὄχλησις ἐκ μόνης τῆς ἐνδον ὑπολήψεως IV, 3; ἔξεστι περὶ τούτου μηδὲν ὑπολαμβάνειν καὶ μὴ ὄχλεισθαι τῇ ψυχῇ. αὐτὰ γὰρ τὰ πράγματα οὐν ἔχει φύσιν ποιητικὴν τῶν ἡμετέρων κρίσεων VI, 52 etc.

5) III, 9. τὴν ὑποληπτικὴν δύναμιν σίβον. ἐν ταύτῃ τὸ πᾶν, ἵνα ὑπόληψις τῷ ἡγεμονικῷ σον μητεὶ ἐγγένηται ἀνακόλουθος τῇ φύσι καὶ τῇ τοῦ λογικοῦ ζώντων κατακείη, αὐτῇ δὲ ἐπιαγγέλλεται ἀποποιώσιν κτλ. Etiam ex hoc loco intelligimus ὑπόληψιν idem esse ac συγκατάθεσιν. In opinandi enim facultate sita est ἀποποιώσις i. e. (vertente Gatakerō) a temere assentiendi proclivitate et praeципititia immunitas. Posita igitur est in hac opinandi facultate assensio. Quare opinandi facultas eadem quae assentiendi, eadem opinio atque assensio.

6) τὰ πράγματα ἔξω θυρῶν ἐστηκεν, αὐτὰ δι' ἔαυτῶν, μηδὲν μήτε εἰδότα περὶ αὐτῶν, μήτε ἀπογανόμενα.

7) VIII, 28; 7, 14; VI, 52; cfr. adn. 4.

8) V, 2 ὡς ἐνολον ἀπόσασθαι . . . πᾶσαν φαντασίαν κτλ.

9) XI, 11 cfr. adn. 6 pag. 7.

10) XII, 25, βάλε ἔξοι τὴν ὑπόληψιν.

11) XII, 22 ἀρον οὖν, ὅτε θίλεις, τὴν ὑπόληψιν, καὶ ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν, γαλήνη, σταθερὰ πάντα, καὶ κόλπος ἀκύμων. cfr. IV, 7.

12) V, 2. ὡς εἴκολον . . . ἀπαλείψαι πᾶσαν φαντασίαν. VII, 29. Εἰάλειψον τὴν φαντασίαν cfr. VIII, 29; XII, 7.

13) XI, 16. cfr. adn. 2.

## § 3.

## Visio quatenus veri sit norma.

πράγματα δυσκατάληπτα, αἰσθητήρια ἀμνδρὰ καὶ εὐπαρατύπωτα. — ἐμφιλοτεχνεῖν τῇ φαντασίᾳ i. e. ἀπογνυμοῦν τὰ πράγματα. — φαντασία καταληπτική (ὑπόληψις καταληπτική). — ὅρον ἡ ὑπογραφὴν ποιεῖσθαι τοῦ ὑποπλίπτοντος φανταστοῦ, ὥστε αὐτὸν, ὅποιόν ἔστι κατ’ οὐσίαν, γνωνὸν, δλον δὲ δλῶν, διηρημένως βλέπειν i. e. τὸ ἐλέγχεσθαι ὅδῷ καὶ ἀληθείᾳ s. ἡ ἰστορία τῆς ἀληθείας. — ἀναπτύσσειν τὸ τὴν φαντασίαν ποιοῦν, διαίρεσις, ἔξετασις, διάκρισις. — φαντασίαι καθικνούμεναι αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ διεξιοῦσαι δὲ αὐτῶν, ὥστε δρᾶν, οἴλα τινά ποτ’ ἔστιν. — συναρπάζεσθαι τῇ φαντασίᾳ, προπτωτικός, εὐεξαπάτητος, μεταπτωτικός. — ἀπρόπτωτος, ἀπροπτωσία. —

Ne illae quidem visiones, quibus assensa est mens, normae sunt veri. Nam et falsae et dubiae rei<sup>1)</sup> assensio fieri potest. Cujus rei altera est causa, quod res tanta in caligine jacent, ut difficiles sint comprehensu (πράγματα δυσκατάληπτα)<sup>2)</sup>, altera quod sensus quaque sensibus percipiuntur, obscura (ἀμνδρά)<sup>3)</sup> sunt, sensuumque præterea instrumenta (τὰ αἰσθητήρια), quatenus impressione afficiuntur, facile possunt adulterari (εὐπαρατύπωτα)<sup>4)</sup>. Ubi igitur judicium (χριτήριον) veritatis? Differunt de hac re inter se Stoici veteres et recentiores; cfr. Diog. Laert. VII, 54. *χριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας φασὶ τυγχάνειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, τοῦτο ἔστι τὴν ἀπὸ ὑπάρχοντος καθά γησὶ Χρύσιππος . . . καὶ Ἀντίπατρος καὶ Ἀπολλόδωρος.* Sext. Emp. adv. log. I, 253 sqq.: ἀλλὰ γὰρ οἱ μὲν ἀρχαιότεροι τῶν Στωϊκῶν χριτήριον φασιν εἶναι τῆς ἀληθείας τὴν καταληπτικὴν ταύτην φαντασίαν. οἱ δὲ νεώτεροι προσετίθεσαν, καὶ τὸ μηδὲν ἔχονσαν ἐνστημα. 254. ἔσθ’ ὅτε γὰρ καταληπτικὴ μὲν προσπίπτει φαντασία, ἀπιστος δὲ διὰ τὴν ἔξωθεν περίστασιν . . . 255. . . . ὔσθ’ η μὲν καταληπτικὴ φαντασία χριτήριον ἔστι μηδὲν ἔχονσα ἐνστημα. Quarum sententiarum Marcus noster sine dubio sequitur, quam Sextus vindicat recentioribus. Dicit enim VI, 13. ὅπον λιαν ἀξιόπιστα τὰ πράγματα φαντάζεται, ἀπογνυμοῦν αὐτὰ (sc. δεῖ), καὶ τὴν εὐτέλειαν αὐτῶν καθορᾷν καὶ τὴν ἰστορίαν, ἐφ’ ἣ σεμνύνεται, περιστάσεως. Visiones igitur, quae vel maxime fide dignae appareant, tamen ea de causa nondum veritatis normae sunt, sed tum demum invenitur verum, quum res plane denudata est. Quibus rebus denudata? Sine dubio illis, quas Sextus comprehendit verbis τῆς ἔξωθεν περιστάσεως. Quare ut verum indagetur, necesse est rem ipsam per se solam et nudam spectari cogitationeque dissolvi ea, quae ad rem ipsam non pertinentia simul cum ea animo concipi solent i. e. αὐτὸν μόνον ἴδειν καὶ τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύειν τὰ ἐμφαντάζομενα αὐτῷ<sup>5)</sup>. Itaque hominis est semper

1) VIII, 7. τέσσας δὲ ἡ λογικὴ ἐνοδεῖ ἐν μὲν φαντασίαις μήτε ἀδήλῳ συγκατατθεμένῃ.

2) V, 10. τὰ μὲν πράγματα ἐν τοιαύτῃ τρόπον τινὰ ἐχαλάνει ἐστίν, ὥστε φιλοσόφους οὐκ ὀλίγους οὖδε τοῖς τυχοῦσιν ἔδοξε παντάπαισιν ἀκατάληπτα εἶναι. πλὴν αὐτοῖς γε τοῖς Στωϊκοῖς δυσκατάληπτα δοκεῖ.

3) II, 17. ἡ δὲ αἰσθητή ἀμνδρά. V, 33 τὰ μὲν αἰσθητὰ εἰμετάβλητα καὶ οὐχ ἐστῶτα.

4) V, 33.

5) II, 12.

et ubique visiones, quae ex rebus ei offeruntur, diligenter exquirere (*τῇ φαντασίᾳ ἐμφιλοτεχνεῖν*<sup>1)</sup>), ne incomprehensibile quid — *ἀκατάληπτον* — subrepatur. Perserutatio igitur haec, quum prohibeat, quominus incomprehensibile quid in visionem influat, comprehensibilem (*καταληπτικήν*) eam efficit. Jam videmus aliam atque Stoicae disciplinae auctoribus *τὴν καταληπτικήν φαντασίαν*<sup>2)</sup> esse Marco. Quae quum illorum sententia exploratione quavis careat, sine accuratissima indagatione et perserutatione Marci iudicio existere non potest. Multa igitur cuique opus est institutione, priusquam *καταληπτικῶς τι* statuat<sup>3)</sup>. Sin vero philosophus noster Sexto praeceptoris gratiam habet, quod praecepta ad vitam necessaria *καταληπτικῶς καὶ ὁδῷ*<sup>4)</sup> reperire et ordine collocare didicerit, vocem *ὁδῷ* quasi epexegetice ad *καταληπτικῶς* adjungit, quia notio *ὁδοῦ* notione *καταληπτικοῦ*, ut vidimus, comprehenditur, quare alio loco<sup>5)</sup> voce *ὁδοῦ* rectius omissa, ut omni in visione nihil nisi comprehensibile servemus (*σώζειν τὸ καταληπτικόν*), postulatur.

Jam vero quaerendum est, quoniam modo visiones indagentur *ὁδῷ* i. e. ratione ac via. Quod et supra jam paucis ostendimus et bene docent verba III, 11: *ὅρον* (i. e. definitionem) *ἡ ὑπογραφὴν* (descriptionem) *ἀεὶ ποιεῖσθαι τοῦ ὑποπτεύοντος φαντασίον*, *ώστε αὐτὸν, δοπούν ἔστι καὶ οὐσίαν* (ex natura sua) *γυμνὸν* (omnibus rebus, quae ad rem ipsam non pertinent, i. e. circumstantia s. *περιστάσεως* — Sext. Emp. I. l. — denudatum vel nudum) *ὅλον δὲ ὅλων* (per omnes ac singulas partes) *διηρημένως*<sup>6)</sup> (i. e. *διαιροῦντα εἰς τὸ αἴτιον, εἰς τὸ ὄλικὸν, εἰς τὴν ἀναφορὰν, εἰς τὸν χερόνον, ἐντὸς οὖ πεπανσθαι αὐτὸ δεήσει*)<sup>7)</sup> βλέπειν. Hanc sive definitionem (*ὅρον*) s. descriptionem (*ὑπογραφὴν*) s. sejunctionem (*διαιρεσιν* IV, 21) s. explicationem vel evolutionem (*ἀναπτύξειν*)<sup>7)</sup> s. explorationem (*ἐξέτασιν* III, 16) s. discretionem (*διάκρισιν* VIII, 26) Marcus ipse dicit et *τὸ ἐλέγχεσθαι ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἔκαστον τῶν τῷ βίῳ ὑποπτεύοντων*<sup>8)</sup> et *τὴν ἰστορίαν τῆς ἀληθείας*<sup>9)</sup>. Legitur etiam *τὸ ὁδῷ ὑπολαμβάνειν*,<sup>10)</sup> quod facile explicatur ex iis, quae dicta sunt de notione *ὑπολήψεως* pag. 8.

Visiones hunc in modum a divina hominis parte examinatae<sup>11)</sup> et quasi ad propriam naturam ejus pertinentes<sup>12)</sup> res ipsas assequuntur easque penetrant, ita ut, quaenam sint eae, videre liceat: *φαντασίαι καθικούμεναι αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ*

1) VII, 54 *τῇ παρούσῃ φαντασίᾳ ἐμπιλοτεχνεῖν, ἵνα μήτι ἀκατάληπτον προσεισθέη*.

2) Semel ὑπόληψις καταληπτική IX, 6. id quod facile explicatur notione ὑπολήψεως pag. 8.

3) XI, 18 πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν, ἵνα τις περὶ ἀλλοτρίας πράξεως καταληπτικῶς τι ἀπογράψῃ. Dicit quidem hoc loco de actionibus tantum aliorum. Idem autem valere de omnibus rebus et ex caligine, in qua omnia jacent, et ex sensuum oacitate concludimus.

4) I, 9 παρὰ Σέπτον . . . τὸ καταληπτικῶς καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικὸν τῶν τις βίον ἀναγκαῖων δογμάτων.

5) ἐπὶ πάσης φαντασίας σώζειν τὸ καταληπτικόν.

6) . . . ἐάντις ἔκαστον αἴτιον διηρημένως καὶ δίλικός θεωρῆ.

7) XII, 18.

8) III, 11.

9) IV, 21.

10) V, 34.

11) III, 6. *τοῦ ἐνιδρυμένου τὸν σοὶ δαιμονος . . . τὰς φαντασίας ἐξετάζοντος.*

12) VIII, 26. *ἴδιον ἀνθρώπου διάκρισις τῶν πιθανῶν φαντασιῶν.*

διεξιοῦσαι δὲ αὐτῶν, ὥστε ὁρᾶν, οἷά τινά ποτε ἔστιν<sup>1)</sup>). Semper autem hac indagatione, quid verum sit, ab homine cognosci posse ex eo colligimus, quod facultas, qua vera et falsa judicentur, a natura ei tributa est<sup>2)</sup>. Itaque si quis non invenit verum visioni sive falsae sive dubiae<sup>3)</sup> assentiens, is sibi ipsi assignet culpam, quod vires illas a natura datas neglexit, quod visionem non examinavit, sed viso extrinsecus oblato abripi se sinit, i. e. *συναρπάζεται τῇ φαντασίᾳ*<sup>4)</sup>. Ejusmodi homo est temerarius in assentiendo, i. e. *προπτωτικός*<sup>5)</sup>, itaque et *εὐεξαπάτητος* (qui facile decipitur) et *μεταπτωτικός* (qui in assentiendo non semper idem est sibique ipsi non constat, verum iisdem rebus modo assentitur, modo assensionem ab iis cohibet) l. l. Qui contra indagatione accurate et diligenter instituta assentiri solet, *ἀπρόπτωτος*<sup>6)</sup> (i. e. a temeritate in assentiendo alienus) est, itaque *ἀνεξαπάτητος* (qui decipi non potest), habet *ἐπιστήμην τοῦ πότε δεῖ συγκαταίθεσθαι καὶ μή*, i. e. *ἀπροπτωσίαν*<sup>7)</sup>.

Ut totam rem ad majorem perspicuitatem adducamus, singula momenta exemplis aliquot explanare nobis licet.

Orestes<sup>8)</sup> conscientia matricidii patrati cruciatus videre se τὰς αἰματωποὺς καὶ δρακοντιάδεις κόρας (Eur. Or. 255 sqq.) sorori dicit, quae verba jure suo ita excipit Electra: μέν, ὡς ταλαίπωρ, ἀτρέμα σοῦς ἐν δευτίοις, ὁρᾶς γὰρ οὐδὲν, ὃν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι. — Theoclymenus<sup>9)</sup> procis domi Ulixii delirantibus animo praesagiente conspicere sibi videtur εἰδώλων δὲ πλέον πρόθυρον, πλείην δὲ καὶ αὐλὴν, ιεμένων Ἐρεβόςδε ὑπὸ ζόφον (Odyss. 20, 355). Formae illae (κόραι, εἰδώλα), quae horum utriusque objiciuntur quaeque reapse nullae sunt, speciem autem offerunt, dicuntur *φαντάσματα*<sup>10)</sup>; mentis vero imagitationes illis *φαντάσμασι* respondentes Stoici significant nomine *φανταστικοῦ*<sup>11)</sup>.

Sin ovium grex Ajaci esse videntur heroes Graecorum, sermo esse non potest neque de *φαντάσμασι* neque de *φανταστικοῖς*. Quamvis enim heroum imagines, quas ille vir fortis in se depingit, propter insaniam et mentis alienationem falsae sint ac perversae, tamen visionis (*φαντασίας*) nomen iis non denegandum est, quum a rebus, quae sunt, i. e. *φανταστοῖς*, oriantur.

1) VI, 13.

2) IX, 1. ἀγοραὶς γὰρ προειλήψει παρὰ τῆς φύσεως, ὃν ἀμελήσας οὐχ οἶδε τέ έστιν νῦν διακρίνειν τὰ ψευδῆ ἀπὸ τῶν ἀληθῶν.

3) VIII, 7.

4) V, 36.

5) XI, 10.

IV, 49; VII, 55.

7) Marc. comm. III, 9; Diog. Laert. VII, 46. τὴν ἀπροπτωσίαν (sc. φασί) ἐπιστήμην τοῦ πότε δεῖ συγκαταίθεσθαι καὶ μή.

8) Plut. de plac. phil. IV, 12.

9) Plut. I, 1.

10) At vero latius patet *φαντάσματος* notio, ita ut hac voce significetur totum genus illarum visionum, quae non re ipsa objecta fiunt, sed quae vel recordatione rerum prius visarum vel alia qua animi imaginatione existunt. cfr. Plut. de plac. phil. IV, § 11.

11) cfr. eundem librum § 12: *φανταστικὸν δέ έστιν διάκενος ἐλκυσμὸς, πάθος δὲ τῇ ψυχῇ ἀπ' οὐδενὸς φανταστοῦ γινόμενον . . . φάντασμα δέ έστιν, εἴ τοι δὲ ἐλκόμεθα κατὰ τὸν φανταστικὸν διάκενον ἐλκυσμόν.*

Ut reliqua explicentur, fac hominem quendam meditationi intentum ita sedere, ut oculos in rem aliquam v. g. in arborem fixerit. Tum visio quaedam ab hac arbore (quae est τὸ φανταστὸν) in illo viro exsistet, neque ipse arborem se videre conscientius sibi erit. Uti vero eum φαντασίᾳ, inde efficitur, quod, quum surrexerit, arborem inscius quasi et invitus declinat. Nec tamen postea videritne arborem interrogatus vidiisse se meminerit. Haec visio, quae est τύπωσις ἐν ψυχῇ, non ἐν νῷ, cum translatione quasi dicitur φαντασία.

Sin vero homo ille meditatione finita in arborem non solum oculos, sed etiam animum intendit, visio ejus jam prorsus alia fit, clarior scilicet et expressior. Mens enim ad τύπωσιν ἐν ψυχῇ accedens atque de ea opinans videre se judicat arborem. Hoc judicium s. haec opinio — sive jam vera sive adhuc falsa — significatur nomine συγκαταθέσεως, et visio, quae opera ejus oritur, proprie dicitur et dicenda est φαντασία. —

Jam vero ponamus mari navigari. In altum proiectis visa est navis, quam ante nemo conspexit. Cunctatione omni abjecta vectorum major pars veram se conspicere navem judicat. Eiusmodi homines dicuntur προπτωτικοί. Alius quis, qui meditatione adhibita judicare assueverit, viso illo, quod ceteri navem esse statuebant, secum ipse dicit: Nullo modo fieri potest, ut illa vera sit navis; nam tota simul conspecta est, quum primum summum malum, deinde totum, tum carinam apparere necesse fuisse. Vide, ne fallaris, imprimis quum imagines aerias (i. e. fatam morganam) in mari saepius exsistere non ignores. Talis igitur homo ad tempus cohabet assensionem οὐχ ὑπολαμβάνει, ἀπωθεῖται τὴν φαντασίαν, τὸ κρίμα τὸ περὶ τῶν πραγμάτων ἡσυχάζει), ne postea factam jam assensionem tollere (ἀλλειν τὴν ὑπόληψιν, ἐκβάλλειν τὴν ὑπόληψιν), visionem ejicere atque ita μεταπτωτικὸς fieri cogatur. Sed ut verum inveniat, num speciosa illa navis, sive ex constricto sive ex malo speculetur, eandem semper imaginem praebat, videbit; spatium, quod interjacet, utrum idem maneat an mutetur, diligenter observabit; modo ex proro, modo ex puppi contemplabitur, multa alia faciet, quae ad certam et subtilem veri explorationem pertineant. Is qui, priusquam assentiatur, ἔξετασιν φαντασίας tam accurataim instituit atque omnia removet, quae ad rem ipsam non pertinent (i. e. τὴν ἔξωθεν περίστασιν), ἀπρόπτωτος est et ad φαντασίαν καταληπτικὴν, quae veri norma est, pervenit.

## B.

## P h y s i c a.

## I.

## De principiis, ex quibus omnia profecta sunt.

## § 4.

ἡ ὕλη, τὸ αἴτιον. — ἡ ὕλη, τὸ ὕλικὸν, ἡ τῶν ὅλων οὐσία, τὸ οὐσιῶδες, μία οὐσία κοινή, ἀσθένεια πάσης ὕλης, ἡ ὕλη εὑπειθῆς καὶ εντρεπής. — τὸ αἴτιον, τὸ αἰτιῶδες, ἡ τῶν ὅλων αἰτία, ὁ τῶν ὅλων λόγος, ὁ τοῦ ὅλου νοῦς, ἡ τῶν ὅλων

φύσις, ή κοινή φύσις, ή τοῦ ὅλου διάνοια, τὸ κοινὸν ἡγεμονικὸν, τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικὸν, ή πρεσβυτάτη τῶν θεῶν, πρόνοια κτλ., ὁ διὰ τῆς οὐσίας διήκων λόγος.  
— ἄπομοι.

Omnes, quae in mundo inveniuntur, res ex principio quodam sive ex principiis quibusdam aut recta aut circuitione quadam profectas esse necesse est. Nihil enim ex nihilo oritur<sup>1)</sup>, sicut nihil in nihilum redigetur. Sunt igitur rerum principia, et quia sunt, semper et fuerint et futura sint<sup>2)</sup> necesse est. Quorum alterum est ή ὑλη<sup>3)</sup> s. τὸ ὑλικόν<sup>4)</sup> s. τὸ οὐσιώδες<sup>5)</sup> s. η τῶν ὅλων οὐσία<sup>6)</sup> — nihil enim differunt ὑλη et οὐσία nisi ἐπινοίᾳ i. e. cogitatione, cfr. Stob. Ecl. I, 5, 324: ἔφησε δὲ ὁ Ποσειδώνιος τὴν τῶν ὅλων οὐσίαν καὶ ὑλην ἀποιον καὶ ἀμορφον εἶναι, καθ' ὃσον οὐδὲν ἀποτελαμένον ἴδιον ἔχει σχῆμα οὐδὲ ποιότητα κατ' αὐτήν. ἀεὶ δὲ ἐν τινι σκήματι καὶ ποιότητι εἶναι. διαφέρειν δὲ τὴν οὐσίαν τῆς ὑλης κατὰ τὴν ὑπόθεσιν (sc. τῶν Στοιχῶν) ἐπινοίᾳ μόνον — alterum est τὸ αἴτιον<sup>7)</sup> s. τὸ αἰτιώδες<sup>8)</sup> s. η τῶν ὅλων αἰτία<sup>9)</sup> s. ὁ τῶν ὅλων λόγος<sup>10)</sup>. Praeter haec duo nihil aliud est.<sup>11)</sup>

Jam videamus, qualia sint principia et quae intercedat inter ea ratio. Υλη s. οὐσία, id quod nomen declarat, materia est, ex qua omnia formata sunt<sup>12)</sup>. Haec una (μία)<sup>13)</sup> atque rerum omnium communis (μία οὐσία κοινή)<sup>14)</sup> est, dicitur imbecillis (ἀσθένεια πάσης ὑλῆς)<sup>15)</sup> quare viribus caret, quibus vel fingat se ipsam vel aliquid procreet. Sin vero ad formandam eam vis alia quae accedit, res est, ut Seneca<sup>16)</sup> dicit, ad omnia parata, ut Marcus εὐπειθῆς καὶ εὐτρεπῆς<sup>17)</sup>, i. e. fingenti obsequitur et, quoctunque illa vult, versatur<sup>18)</sup>. Quae vis materiam formans alterum est principium, τὸ αἴτιον s. ὁ τῶν ὅλων λόγος s. ὁ τοῦ ὅλου νοῦς (V, 30). Quale sit hoc, ex nominibus ejus intelligitur. Appellatur αἴτιον, itaque rerum omnium

1) IV, 4. οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται, ὥσπερ μηδὲ εἰς τὸ οὐκ ὅν ἀπέρχεται.

2) V, 13. ἐξ αἰτιώδων καὶ ὑλικῶν συνέστηκας οὐδέτερον δὲ τούτων εἰς τὸ μὴ ὅν φθαρήσεται, ὥσπερ οὐδὲ ἐξ τοῦ μὴ ὅντος ὑπέστη.

3) IX, 37. τὸ αἴτιον . . . η ὑλη. ἔξω δὲ τούτων οὐδέν εστιν.

4) VII, 29. διέλε καὶ μέρισον τὸ ὑποκείμενον εἰς τὸ αἰτιώδες καὶ ὑλικόν; cfr. IV, 21; XII, 29; IX, 25.

5) VIII, 11. τοῦτο τι εστιν αὐτὸ καθ' ἕαντὸ τῇ ἤδη κατασκεψῇ; τι μὲν τὸ οὐσιώδες αὐτοῦ καὶ ὑλόν; τι δὲ τὸ αἰτιώδες;

6) VII, 10. πᾶν τὸ ἔνυλον ἐναφανίζεται τόχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ καὶ πᾶν αἴτιον εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον ἀνελαμβάνεται.

7) IX, 37 cfr. adn. 3; IX, 25 cfr. adn. 4.

8) VII, 29; IV, 21; XII, 29; cfr. adn. 4; VIII, 11.

9) IX, 29. η τῶν ὅλων αἴτια πάντα φέρει.

10) VII, 10.

11) IX, 37.

12) Senec. ep. 65. esse ergo debet, unde fiat aliquid, deinde a quo fiat; hoc causa est, illud materia.

13) VII, 9; VI, 38 τὴν ἐνωσὺν τῆς οὐσίας.

14) XII, 30.

15) XII, 7.

16) Senec. ep. 65: materia jacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moveat.

17) VI, 1.

18) Senec. ep. 65: causa autem i. e. ratio materiam format et, quoctunque vult, versat, ex illa varia opera producit.

causa est, η τῶν ὅλων αἴτια<sup>1)</sup>, i. e. finxit ex materia, quaecunque sunt. Quum autem non solum causa sit, verum etiam λόγος et νοῦς, ratione utitur atque sapienti consilio.

At vero hujus alterius principii notio patet latius. Non causam vel rationem universi ex tota materia quasi ex cera finxisse<sup>2)</sup> legimus, similem in modum non causam vel rationem universi ad mundum condendum impetum fecisse<sup>3)</sup>, sed communem rerum naturam (τὴν τῶν ὅλων φύσιν) vel communem naturam (τὴν κοινὴν φύσιν)<sup>4)</sup>. Quare haec, quum non duae sint causae efficientes, sed una, nihil aliud atque τὸ αἴτιον. — Ut similitudo quaedam est inter φύσιν (ductum nomen a verbo φύειν) et αἴτιον, utriusque enim voci subjecta est vis cognoscendi et efficiendi, sic alia ejusdem principii nomina proprius accedunt ad alteram ejus notionem, τὸν τῶν ὅλων λογόν s. νοῦν, qualia sunt: η τοῦ ὅλου διάνοια<sup>5)</sup>, τὸ κοινὸν ἡγεμονικόν<sup>6)</sup>, τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικόν<sup>7)</sup>, πρόνοια<sup>8)</sup>. Omnibus his viribus constitutio mundi adscribitur, omnes igitur eandem rem, sane quidem alia ex parte quaeque, significant. Sed ne his quidem nominibus toti αἴτιον notioni satisfactum est, id quod nisi praereptis rebus, quae quaestione progrediente explananda sunt, hoc loco fieri non potest. Id tantum moneo, nullum esse discrimen inter causam principalem et deum, unde nomen η πρεσβυτάρη τῶν Θεῶν<sup>9)</sup>.

Haec duo principia, αἴτιον et ὑλη, separata nec sunt nec fuerunt unquam, sed ratio materiam pervagatur (οἱ διὰ τῆς οὐσίας διήκοντες λόγος)<sup>10)</sup> eamque intra regit et gubernat ab aeterno tempore in aeternum (διὰ παντὸς τοῦ αἰώνος οἰκονομῶν τὸ πᾶν<sup>11)</sup>).

Adnot: Saepius mentio fis atomorum<sup>12)</sup>, non quo ab αἴτιῳ omnia facta esse et per omne tempus gubernari Marco non persuasum fuerit, sed probaturus est philosophus, licet mundus sit temeritati et casui permisus, homini tamen non temere et inconsiderate esse agendum. Itaque semper fere, ubi de atomis dicit, enuntiato utitur disjunctivo vel conditionali — ητοι πρόνοια η ἄτομοι<sup>13)</sup>. εἰ μὴ ἄτομοι, φύσις η τὰ ὅλα διοικοῦσσα<sup>14)</sup> — ut sive atomi sint sive natura gubernatrix, consilio ac

1) IX, 29.

2) VII, 23. η τῶν ὅλων φύσις έz τῆς ὅλης οὐσίας ως κηροῦ . . . ἐπιλασε.

3) VII, 75. η τοῦ ὅλου φύσις ἐπὶ τὴν κοσμοποιίαν ὥρμησε.

4) IX, 1.

5) ητοι ἐφ' ἔχαστον ὁρμῇ η τοῦ ὅλου διάνοια . . . η ἐπαξ ὥρμησε, τὰ δὲ λοιπὰ κατ' ἐπακολούθησαν. IX, 28.

6) VI, 36. πάντα ἐκεῖθεν ἐρχεται ἀπ' ἐκείνον τοῦ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ ὁρμήσαντα η κατ' ἐπακολούθησιν.

7) VII, 75. η τοῦ ὅλου φύσις ἐπὶ τὴν κοσμοποιίαν ὥρμησε. νῦν δὲ ητοι πᾶν τὸ γιγάντειον κατ' ἐπακολούθησαν γίνεται η ἀλόγιστα καὶ τὰ κυριωτάτα ἐστιν, έφ' ἡ ποιεῖται ιδίαν ὁρμὴν τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικόν.

8) IX, 1. δομῆ τινι ἀρχαὶ προνοίας, καθ' ην ἀπό τινος ἀρχῆς ὥρμησεν ἐπὶ τῆρε τὴν διακόσμησιν.

9) IX, 1. οἱ ἀδικῶν ἀστεβεῖ. τῆς γὰρ τῶν ὅλων φύσεως κατεστεναντίας τὰ λογικὰ ζῶα ἐνεπεν ἀλλήλων, ὥστε ὠφελεῖν μὲν ἀλλήλα κατ' ἀξιαν, βλάπτειν δὲ μηδεμιῶς, οἱ τὸ βούλημα ταύτης παραβαίνων ἀστεβεν δηλονότι εἰς τὴν πρεσβυτάρην τῶν Θεῶν.

10) V, 32.

11) I, 1.

12) VI, 24; IV, 3; XI, 18; IX, 39; IV, 27; VI, 10; X, 6.

13) IV, 3.

14) XI, 18.

ratione agere hominini semper esse demonstret, id quod optime intelligitur ex loco X, 6: εἴτε ἄτομοι, εἴτε φύσις, πρῶτον κείσθω, διτι μέρος εἰμὶ τοῦ ὅλου ὑπὸ φύσεως διοικουμένου. ἔπειτα, διτι ἔχω πως οἰκείως πρὸς τὰ διμογενῆ μέρη.

## II.

## De mundo quid Marcus statuerit in universum.

## § 5.

Mundus qua ratione et factus sit et gubernetur.

ἡ τῶν ὅλων φύσις ἐξ τῆς ὅλης οὐσίας ἐπλασεν. — κοσμοποία, διακόσμησις. — η πρόνοια συλλαβοῦσά τινας λόγους τῶν ἐσομένων καὶ δυνάμεις γονίμους ἀφορίσασα ὑποστάσεών τε καὶ μεταβολῶν καὶ διαδοχῶν. — λόγοι σπερματικοί s. λόγος σπερματός. — η κατασκευάσασα δύναμις ἐστὶ καὶ πλομένει. — διτην τῶν ὅλων οὐσίαν διοικῶν λόγος, διοικῶν λόγος, φύσις η τὰ ὅλα διοικοῦσα. — πᾶν τὸ γινόμενον γίνεται κατ' ἐπακολούθησιν s. κατὰ τὸ ἔξης γινομένοις καὶ ἐπιγινομένοις δῷμῇ τινι ἀρχαὶ τῆς προνοίας. — ἐπιγινόμενα, ἐπιγενήματα.

Mundus sive ordo rerum, qui est, constitutus, formatus — non factus — est ab illo principio, quod Antoninus dicit et αἴτιον et φύσιν etc.<sup>1)</sup> Finxit — ἐπλασιν<sup>2)</sup> — enim natura ab initio quodam ex tota materia — ἐξ τῆς ὅλης οὐσίας —, quam non creaverat, sed quae semper una cum ea ipsa fuerat, omnes res, quas nunc in mundo videmus, easque ordine disposuit, et haec illa causae efficientis actio est, quam Marcus dicit κοσμοποίαν<sup>3)</sup> et διακόσμησιν<sup>4)</sup>. Ut ex natura fингentis, quae ratio ipsa est, colligimus, non caeco quodam impetu natura mundi fecit constitutionem, sed et se ipsam et res, quas fictura erat, et materiam bene noverat<sup>5)</sup>. Qua cognitione natura s. providentia instructa rerum futurarum rationes quasdam concepit, quibuscum conjunxit vires genitales talem in modum electas, ut suas quaeque ratio solamque ad se ipsam aptas atque accommodatas vires genitales acciperet, quarum efficientia res et exsisterent et mutarentur et inter se exciperent IX, 1 η πρόνοια ὥρμησεν ἐπὶ τὴνδε τὴν διακόσμησιν συλλαβοῦσά τινας λόγους τῶν ἐσομένων καὶ δυνάμεις γονίμους ἀφορίσασα ὑποστάσεών τε καὶ μεταβολῶν καὶ διαδοχῶν τοιούτων. Hae futurarum rerum rationes conjunctae cum suis quaeque viribus genitalibus sunt illi λόγοι σπερματικοί, de quibus VI, 24<sup>6)</sup> sermo est<sup>7)</sup>. Qua cum explicatione bene congruit Plut. de plac. phil. I, 7 τοὺς σπερματικὸν λόγον, καθ' οὓς ἔταστα καθ' είμαρμένην γίγνεται. Nam vocibus καθ' οὓς γίγνεται comprehenduntur Marci δυνάμεις γόνιμοι, verbis autem καθ' είμαρμένην continentur λόγοι τῶν ἐσομένων, quam είμαρμένη

1) IX, 1. δῷμῇ τινι ἀρχαὶ τῆς προνοίας, καθ' ην ἀπό τινος ἀρχῆς ὥρμησεν ἐπὶ τὴνδε τὴν διακόσμησιν . . . VII, 75. η τοῦ ὅλου φύσις ἐπὶ τὴν κοσμοποίιαν ὥρμησεν.

2) η τοῦ ὅλου φύσις ἐξ τῆς ὅλης οὐσίας ὡς κηροῦ . . . ἐπλασεν.

3) VII, 75.

4) IX, 1.

5) VI, 5. ὁ διοικῶν λόγος οἶδε πῶς διακείμενος καὶ τί ποιεῖ καὶ ἐπὶ τίνος ὑλῆς.

6) Ἐλήφθησαν εἰς τοὺς αὐτοὺς τὸν κόσμον σπερματικὸν λόγον.

7) Parum accurata est explicatio Bachii de M. Aurelio imperatore philosophante etc. Lipsiae 1826.

nihil aliud sit atque ratio ante constituta. Quum vero universus mundus, ut ita dicam, unitas sit et harmonia<sup>1)</sup>, mentio fit interdum non λόγων σπερματικῶν, sed unius λόγου σπερματικοῦ<sup>2)</sup> i. e. rationis, quam futuro mundo providentia constituit et quacum conjunxit vim genitalem ad hanc rationem accommodatam, ita ut hic unus λόγος σπερματικός illorum complurium λόγων σπερματικῶν universitatem complectatur atque efficiat. Hac ratione seminali in materia posita ortus est mundus, κόσμος.

Jam vero teneamus, quod diximus pag. 14 causam principalem non separatam esse a materia, sed per omne tempus eam pervagari intraque regere. Itaque facto mundo non discessit fingens vis (ἡ κατασκευάσσασα δύναμις)<sup>3)</sup> a factis rebus, sed in illis et est et permanet (ἔνδον ἐστὶ καὶ παραμένει l. l.). Quum vero singulae res omnes et cunctae mundum efficiant<sup>4)</sup> nec quidquam praeter mundum inveniatur nisi vacuum (τὸ κενόν)<sup>5)</sup>, vacuum autem nihil contineat: tota causa s. tota natura etc. et tota materia in mundum abierunt. Omnes igitur λόγοι σπερματικοὶ unum ac totum efficiunt αἴτιον, i. e. αἴτιον et ille unus λόγος σπερματικός significant idem. Quare ὁ τοῦ ὅλου λόγος (i. e. αἴτιον cfr. pag. 13) X, 7<sup>6)</sup> eadem ratione usurpatur, qua aliis locis<sup>7)</sup> λόγος σπερματικός.

Permanet igitur vis fingens et in universo mundo et in singulis ejus partibus<sup>8)</sup> Pervagans atque intra sedens totum ejusque partes per omne tempus regit (ὁ τὴν τῶν ὅλων οὐσίαν διοικῶν λόγος<sup>9)</sup>, ὁ διοικῶν λόγος<sup>10)</sup>, φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα<sup>11)</sup>), verum non ita, ut ad singula denuo semper impetus faciat, sed quaecunque oriuntur et fiunt, ex illo primo impetu (ὅρμη τινι ἀρχαίᾳ)<sup>12)</sup> proficiscuntur. Vires enim ab initio in materia positae non solum tales erant, quae mundi rerumque singularum efficerent originem (i. e. δυνάμεις γόνιμοι τῶν ἔποστάσεων), verum etiam quae ortas res mutarent (i. e. δυν. γον. τῶν ματαβολῶν) aliasquae earum in locum substituerent (i. e. δυν. γον. τῶν διαδοχῶν). Quum igitur eorum, quae et fiunt et facta sunt et fient, tota series ex illis primis viribus s. causis nexa sit, cur ad singula procreanda natura semper novo quodam impetu et peculiari (ἰδία ὥρμη)<sup>13)</sup> feratur, neque justa neque idonea est causa. Bene de hac re IX, 1. λέγω δὲ τὸ χρῆσθαι τούτοις (sc. τοῖς ἀδιαφόροις) ἐπίσης τὴν κοινὴν φύσιν ἀντὶ τοῦ συμβαίνειν ἐπίσης

1) alio loco explicabitur.

2) IV, 14. Ἑνεργανθήσῃ τῷ γεννήσατε μᾶλλον δὲ ἀναληθῆσῃ εἰς τὸν λόγον αἴτιον τὸν σπερματικόν.

IV, 21. ψυχή . . . εἰς τὸν τῶν ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβανόμενα.

3) VI, 40.

4) V, 8. ἐξ πάντων τῶν σωμάτων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληρῶνται.

5) XI, 1. περιέχεται (sc. ἡ λογικὴ ψυχὴ) τὸν ὅλον κόσμον καὶ τὸ περὶ αἵτιον κενόν.

6) . . . ὥστε καὶ ταῦτα ἀναληθῆναι εἰς τὸν τοῦ ὅλου λόγον.

7) Cfr. adn. 2.

8) VII, 29; XII, 29 etc.

9) VI, 6.

10) VI, 5.

11) XI, 18.

12) IX, 1.

13) VII, 75.

*κατὰ τὸ ἔξῆς γινομένοις καὶ ἐπιγινομένοις ὁρμῇ τινι ἀρχαίᾳ τῆς προνοίας, καθ' ἥν ἀπό τυνος ἀρχῆς ὁρμησεν ἐπὶ τήνδε τὴν διακόσμησιν.* Omnia igitur fiunt impetu illo vetere, quo providentia s. natura ad mundum ferebatur condendum. Et haec certa atque immutata Antonini sententia est. Si tamen fere semper iis utitur verbis, ut dubitare videri possit<sup>1)</sup>, hujus rei causa non alia est atque illa, quae effecit, ut videatur dubitare, atomi sint an principia. Gubernationem mundi, utcunque se habeat res, ratione ac sapienti consilio non carere, vel, si mundus careat, non debere carere hominum actiones, omnibus illis locis probare vult, quare bene explicat Gatakerus ad VII, 75 (cfr. adn. 1): „hoc velle videtur Marcus: ad mundi hujus fabricam producendam ac constituendam peculiari quodam motu universi natura accessit; deinceps autem vel, quaecunque in eo contingunt, vi nexus ejusdam et consequentiae necessariae lege certa tunc constituta eveniunt vel principalia illa, ad quae universi mens praecipue et quasi peculiariter sese intenderit, nulla ratione, sed temere disposita fuerint. at hoc esset absurdissimum mentem universi, cum ad ista producenda ac constituenda peculiari motu processisset, de futura dispositione atque ordinatione legem nullam tulisse, sed temere ferenda casui fortuito permisisse; disposuit ergo.“

Dicuntur autem, post mundi constitutionem quaecunque fiunt et eveniunt, fieri et evenire *καὶ ἐπακολούθησιν*<sup>2)</sup>, i. e. per consequentiam, vel *κατὰ τὸ ἔξῆς γινομένοις καὶ ἐπιγινομένοις*<sup>3)</sup>. Sed interest aliquid inter *τὰ γινόμενα* et *τὰ ἐπιγινόμενα*. Illa enim voce significantur res, quae consilio primario oriuntur, vel de quibus natura quasi solis ac propriis in mundi constitutione cogitavit. Ad quas accedunt (*ἐπι — γίνονται*) per necessariam quidem consequentiam<sup>4)</sup>, tamen quodammodo sine illo consilio aliae quaedam res: hae sunt, quae vocantur *τὰ ἐπιγινόμενα* s. *τὰ ἐπιγίνομενα τοῖς φύσει γινομένοις* s. *τὰ ἐπιγεννήματα*, ita quidem, ut *ἐπιγινόμενα* specent ad seriem causarum, ad rerum s. corporum *ἐπιγεννήματα*<sup>5)</sup>.

### § 6.

#### De elementis corumque mixtione et mutatione.

*στοιχεῖα.* — η οὐσία ἐν διηγεκτεῖ ϕόνσει. — γῆ, ὕδωρ, ἀήρ, πῦρ. — ἄνω, κάτω, κύκλῳ η τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολή. — τὸ πνευμάτιον καὶ τὸ πνωδὲς φύσει ἀνωφεοή, τὸ γεῶδες καὶ τὸ ὑγρὸν φύσει κατωφεοή. — σύγκρασις τῶν στοιχείων, συγκρίματα. — λύσις, διάλυσις, ἀνάλυσις τῶν στοιχείων s. εἰς τὰ στοιχεῖα. —

1) VI, 36. πάντα ἐκεῖθιν ἔρχεται ἀπ' ἐκείνουν τοῦ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ ὁρμῆσατα η κατ' ἐπακολούθησιν. VII, 75. νῦν δὲ ητοι πᾶν τὸ γινόμενον κατ' ἐπακολούθησιν γίνεται η ἀλόγιστα καὶ τὰ κυριωτεῖτα ἔστιν, έφ' οὐ ποιεῖται ίδιαν ὁρμὴν τὸ τοῦ κοινοῦ ἡγεμονικόν. IX, 28. ητοι έφ' ἐκαστον ὁρμῇ η τοῦ ὅλου διάνοια . . . η ἰσταξ ὡρμησε, τα δὲ λοιπὰ κατ' ἐπακολούθησιν.

2) cfr. adn. 1.

3) IX, 1.

4) falsum, quod dicit Gutakerns ad. III, 2: „aut casu aut necessario superveniunt“.

5) III, 2. χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα περιγνώσκειν, διτι καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τοῖς φύσει γινομένοις ἔχει τι εὑχαριστεῖ ἐπαγγελόν. οἷον ἀρτον ὀπτωμένον παραρρήγνυται τινα μέρη . καὶ τεῖται οὖν τὰ διέχοντα οὗτος τρόπον τινὰ περὶ τὸ ἐπάγγελμα τῆς ἀρτοποίας ἔχοντα ἐπιφέπει πως καὶ προθυμίαν πρὸς τὴν τροφὴν ίδιως ἀγαπᾷνται. Πάλιν τε τὰ σύνα, ὅποτε ὠφειοτείται ἔστι, κέρχεται. Καὶ ἐν ταῖς δρυπέπειν ἔκαίται αὐτὸν τὸ ἔγγον τη σήμη ίδιον τι κάλλος τῷ κάρπῳ προστίθησιν. οἱ στάζνεις . . . καὶ πολλὰ ἔτεσι, κατ' ίδιαν εἴ τις σχοποίη, πόρρω ὄντα τοῦ εὐειδούς, ὅμως διὰ τὸ τοῖς φύσει γινομένοις ἐπακολούθειν συνεπικοσμεῖ καὶ ψυχαγωγεῖ.

Duobus ex principiis, causa et materia, orta esse omnia supra explicatum est. Contra non raro<sup>1)</sup> dicuntur res esse commixtae ex elementis. Quod dicere Marco non licet, nisi elementa manasse putat ex principiis, ex quibus solis res omnes existunt. Nam praeter principia, ut vidimus, nihil est. — Materia, quae natura iners (*άσθετής*) est, a causa principali gravidata motum accepit, ita ut agitatione nunquam careat, cuius rei vocabulum technicum a flumine petitum est ejusque motu — *χεῖν*, *ένσις*, quare *ἡ οὐσία οὐλον ποταμὸς ἐν διηγεκεῖ χένσει*<sup>2)</sup>, *ἡ οὐσία ϕέονσα*<sup>3)</sup>, *ένσις τῆς οὐσίας*<sup>4)</sup>. Omnia, quae ex hac gravidata materia<sup>5)</sup> existunt, prima fuisse quatuor elementa, *γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ*<sup>6)</sup>, idcirco necesse est, quod aliae res ex iis commixtae sunt omnes. Utrum vero unum deinceps ex altero et unum post alterum an simul et uno tempore orta sint omnia, hac de re Marcus prodidit nihil. Conjecere autem licet eum secutum esse ceteros Stoicos, quibus placuit sententia illa<sup>7)</sup>.

His ex elementis, quaecunque singulis in rebus inveniuntur terrena, humida aëria, ignea (*τὸ γεῶδες, τὸ νύχρον, τὸ πνευματικὸν* s. *ἀερῶδες* [IX, 9], *τὸ πυρῶδες*), originem ducunt<sup>8)</sup>. Omnes enim res ex elementis commixtae sunt (*συγχρίνονται — σύγχρισις*<sup>9)</sup>) — ; res ipsa, quae ex elementis commixta est — *σύγχριμα*<sup>10)</sup>.

Neque vero eadem semper elementa manent, sed continuo praedita motu unum in alterum abeunt, qua in re Marcum non discessisse a sententia Heracliti et locus quidam et vocabula Heracliti propria probant. Est vero locus IV, 46: *δὲ τὸν Ἡρα-*

1) II, 17. *λίνεις τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἔκστον ζῶν συγχρίνεται.* IV, 5. *ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἷον γέ-νεσις, τέσσεως μυστήριον, σύγχρισις τῶν αὐτῶν στοιχείων καὶ διάλυσις εἰς ταῦτα.* IV, 4. *ώσπερ γὰρ τὸ γεῶδες μοι ἀπό τυρος γῆς ἀπομεμέρισται καὶ τὸ νύχρον ἀπὸ ἑτέρου στοιχείου καὶ τὸ πνευματικὸν ἀπὸ πυρῆς τυρος καὶ τὸ θερμὸν καὶ πυρῶδες ἐκ τυρος ίδιας πυρῆς κτλ.* III, II; X, 7; XII, 24.

2) V, 23.

3) II, 17.

4) V, 10.

5) Male Rechius: Mark Aurels Unterhaltungen u. s. w. Frankfurt a. M. 1797. Alle jene ungleichartigen Grundstoffe mussten . . . in der præexistirenden Materie enthalten sein, und auch hier mussten sie schon den durch ihre Natur bestimmten Gesetzen folgen. Sie trennten und sammelten sich nach Massgabe ihrer specifischen Beschaffenheit und machten auf diese Art gleichsam verschiedene Quellen aus (IV, 4.). Ewig würde diese Lage der Dinge geblieben, nie würden Individuen, aus heterogenen Theilen zusammengesetzt, entstanden sein, wenn nicht die Gottheit sich entschlossen hätte, ihre Gewalt über die Materie zu gebrauchen. (VII, 23, 75.) Nei Marci nec reliquorum Stoicorum haec est sententia cfr. Diog. Laert. VII, 34: *μιαρίσσειν δὲ φασιν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα. τὰς μὲν γὰρ εἶναι ἀγενήτους καὶ ἀφθάρτους, τὰ δὲ στοιχεῖα κατὰ τὴν ἐκπέρωσαν φύσισθαν.* paullo supra: *δοκεῖ δ' αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τὸν ὄλον, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον.* τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἀποιον οὐσίαν τὴν ὄλην κτλ. Materia, ut ita dicam, præexistens, quum una (*μία*) esset et omni careat qualitate (*ἀποιος*), res diversi generis complexa esse non potest; quum esset *άσθετής* i. e. imbecillis vel iners (ut Seueca dicit), nisi pulsu externo moveri non potuit. Falsum igitur illud: sie trennten und sammelten sich u. s. w.

6) IV, 46; cfr. IV, 4; XI, 20.

7) Diog. Laert. VII, 142. *γίνεσθαι δὲ τὸν κόσμον, ὅταν ἐκ πυρὸς ἡ οὐσία τραπῇ δι' ἀέρος εἰς νύχρον, εἴτα τὸ παγκυμερὲς αὐτὸν συστὰν ἀποτελεσθῇ γῆ, τὸ δὲ λεπτομερὲς ἔξαρσθῇ, καὶ τοῦτ' ἐπὶ πλέον λεπτυνθὲν πῦρ ἀπογεννήσῃ.*

8) cfr. IV, 4 (adn. 1); IX, 8. *μία γῆ ἔστιν ἀπάντων τῶν γεωδῶν.*

9) cfr. adn. 1.

10) XI, 20.

κλειτείον μεμιησθαι . ὅτι γῆς θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, καὶ ὕδατος θάνατος ἀέρα γενέσθαι καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἐμπαλιν. vocabula autem ex Heraclito recepta imprimis haec sunt: κάτω, ἄνω, κύκλῳ φοραὶ τῶν στοιχείων<sup>1)</sup>, et ταῦτά ἔστι τὰ τοῦ κόσμου ἐγκύκλια, ἄνω, κάτω, ἐξ αἰώνος εἰς αἰώνα<sup>2)</sup>, quibuscum locis conferas verba Heracliti apud Diog. Laert. IX, 1, 9: πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξηγρανεσθαι συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ, πηγανύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι . καὶ ταῦτην ὅδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι λέγει. πάλιν τὸ αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἣς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι .... αὗτη δ' ἔστιν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός. Quas ad elementorum significandas mutationes Marcus semper utitur voce μεταβολῆς: η τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολή<sup>3)</sup>, τὸ ἔκαστον (τῶν στοιχείων) διηγεῶς εἰς ἔτερον μεταβάλλειν<sup>4)</sup>. Per hanc mutationem elementa rursus redeunt in principia. Dicuntur enim res ex iis commixtae modo dissolvi in elementa<sup>5)</sup>, modo in principia recipi<sup>6)</sup>. Quas duas sententias consonas reddere non possumus, nisi rerum mutatione in elementa facta haec ipsa in principia recipi statuimus.

Differunt autem ceteris omissis elementa inter se eo, quod ignis et aëris natura sursum (φύσει ἀνωφερῆ ὄντα)<sup>7)</sup>, terra et aqua deorsum (κατωφερῆ ὄντα l. l.) feruntur.

Ut omnes rēs ex elementis commiscentur orientes, sic intereuntes in elementa solvuntur s. dissolvuntur s. resolvuntur λόσις, διάλυσις, ἀνάλυσις<sup>8)</sup>. Jam vero quaerendum est, qualis sit vis, quae et misceat et solvat. Cfr. XI, 20: τὸ μὲν πνευμάτιον σου καὶ τὸ πυρῶδες πᾶν, ὃσον ἐγκέρασται, καίτοι φύσει ἀνωφερῆ ὄντα, ὅμως πειθόμενα τῇ τῶν ὅλων διατάξει, παρακρατεῖται ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ συγκρίματος. Καὶ τὸ γεῶδες δὲ τὸ ἐν σοὶ πᾶν καὶ τὸ ὑγρὸν, καίτοι κατωφερῆ ὄντα, ὅμως ἐγγίγεται καὶ ἔστηκε τὴν οὐχ ἑαυτὸν φυσικὴν στάσιν . οὕτως ἀρα καὶ τὰ στοιχεῖα ὑπακούει τοῖς ὅλοις, ἐπειδάν πον καταταχθῆ, σὺν βίᾳ μένοντα, μέχρις ἂν ἐκεῖθεν πάλιν τὸ ἐνδόσιμον τῆς διαλύσεως σημήνῃ. Jam vides elementis a natura datas esse vires inter se contrarias. Quare sua sponte non posse commisceri videntur, quum non conjungi, sed sejungi studeant. Alia igitur videtur opus esse vi, quae mixtionem faciat, communī rerum natura. Sed caveamus, ne Marcum, qui, ut vidimus, omnia κατ' ἐπακολούθησιν fieri putat, extremis verbis loci modo allati male intellectis a se ipso desciscere et de novo naturae impetu loqui arbitremur. Id teneamus et in memoriam semper revocemus illas, quae ab initio in materia positae sint, vires minime naturales tantummodo esse, immo vero ethica lege praeditas. Nam explicatum est supra (§ 5), singularum omnium virium summa expleri τὸν λόγον σπερματικὸν vel naturam vel τὸν τοῦ ὅλου τοῦ i. e. deum<sup>9)</sup>. Quem ne natu-

1) VI, 17.

2) IX, 28.

3) VII, 47

4) II, 17; praeterea II, 3. αἱ τῶν στοιχείων μεταβολαι. VIII, 14. αὐτὰ τὰ (sc. τὰ στοιχεῖα) μεταβάλλει κτλ.

5) cfr. complures adnott. pag. 17 et 18.

6) VII, 10. πᾶν τὸ ἐνόλιον ἐναραγέται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ. καὶ πᾶν αἵτιον εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον διαλαμψάνεται.

7) XI, 20. τὸ μὲν πνευμάτιον σου καὶ τὸ πυρῶδες πᾶν, ὃσον ἐγκέρασται, καίτοι φύσει ἀνωφερῆ ὄντα, καὶ τὸ γεῶδες δὲ τὸ ἐν σοὶ πᾶν καὶ τὸ ὑγρὸν, καίτοι κατωφερῆ ὄντα κτλ.

8) II, 7. λόσις τῶν στοιχείων. XII, 24. εἰς οἷς ἡ λόσις. X, 7. τῆς διαλύσεως εἰς ταῦτα γενομένης, εἰς ὧν ἔκαστον συνισταται. VIII, 18; III, II. τὰ δύνοματα, εἰς ὧν συνεκρίθη καὶ εἰς ἡ ἀναλυθήσεται.

9) cfr. pag. 14.

ralem tantum vim putas vehementer caveas. Neque caeco agit impetu, sed *οἴδε, πῶς διακείμενος καὶ τί ποιεῖ καὶ ἐπὶ τίνος ὑλῆς*<sup>1)</sup>, et suo utitur arbitrio<sup>2)</sup>. Quare vis quaeque in materia posita, quum dei pars vel deus ipse sit, et cognitionem sui et quidquid vult faciendi potestatem habet, ita vero, ut nihil faciat contra suam naturam, i. e. nihil, quod ratione careat. Itaque si postulat universi ratio, elementa miscentur sua propria vi; sua propria vi sejunguntur, quum dissolutionis datum est signum<sup>3)</sup>. Quare novo naturae impetu nullo pacto opus est.

## § 7.

De mutatione rerum ex elementis commixtarum; quid et ex hac et ex elementorum mutatione efficiatur.

*μεταβολή, ἀλλοίωσις, ἀλλοτρίωσις, τροπή. — πάντα εὐτρεπτα, σαπρά. — φθορά. — ἀναλαμβάνεσθαι, ἐναφανίζεσθαι, εἰς φύσιν μεταβάλλεσθαι. — ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸν λόγον τὸν σπερματικὸν s. εἰς τὸν λόγον τοὺς σπερματικούς. — δυνάμεις γόνιμοι τῶν διαδοχῶν. — σπέρμα τρόπον τινὰ πᾶν τὸ ὄν. — αἱ μεταβολαὶ σώζονται καὶ ἀνανέονται διηγεκός τὸν κόσμον. — μεταβολὴ ἐξ αἰδίου εἰς τὸ ἀπειρον. — πάντα ὄμοειδῆ, ὁμογενῆ, τὰ αὐτά, οὐδὲν καινόν, πάντα συνήθη. — καινὸν et νέον. — ἀεὶ νεαρός ὁ κόσμος. — ἀνακυκλεῦν. — περίοδοι τεταγμέναι s. πεπεφασμέναι, περιοδικὴ παλιγγενεσία. — τὸ ὄλον κατὰ περίοδον ἐκπυρούμενον.*

Non solum elementa, verum etiam res ex iis commixtae — τὰ συγχρίματα — semper mutantur. Fiunt et, quum factae sunt vel quum etiamnum fiunt, jamjam intereunt. Totus igitur mundus perpetua mutatione utitur; nam τὰ μὲν σπεύδει γίνεσθαι, τὰ δὲ σπεύδει γεγονέναι, καὶ τοῦ γινομένου δὲ ἥδη τι ἀπέσβῃ<sup>4)</sup>. Ut elementorum, ita haec quoque συγχριμάτων mutatio saepissime<sup>5)</sup> significatur voce μεταβολῆς et μεταβάλλειν. Praeter ea inveniuntur ἀλλοίωσις s. ἀλλοιούσθαι<sup>6)</sup>, ἀλλοτρίωσις<sup>7)</sup>, τρέπεσθαι<sup>8)</sup> (πάντα igitur εὐτρεπτα<sup>9)</sup>, πάντα τροπαί<sup>10)</sup>, φθείρεσθαι s. φθορά<sup>11)</sup>). Quia ex sempiterna motione intelligitur, quo jure ὑλὴ s. οὐσία nominetur putris i. e. σαπρά<sup>12)</sup>.

1) VII, 23.

2) VIII, 41. Deus est νοῦς. νοῦς autem nulla re potest impediri: τὰ τοῦ νοῦ ὕλα οὐδεὶς ἄλλος εἴωθεν ἐμποδίζειν.

3) Tenebrae quaedam loco supra laudato (XI, 20) allatae sunt, quod et vocabulum γένεσις more communis Marcus usurpavit et id praecepit tendens, ut homini commendet naturae obedientiam, in exemplo ab elementis petitio ad commune judicium popularemque intelligentiam magis quam e veritate dixerit.

4) VI, 15.

5) XI, 35. ὅμοιας, στατικὴ, στατις, πάντα μεταβολαι. XII, 21. πάντα γὰρ μεταβάλλειν καὶ τρέπεσθαι καὶ φθίσεσθαι πέτυχεν, ἵνα ἔτερα ἐγένετο γίνηται. VI, 4; II, 3; VII, 25; II, 17; X, 11; XII, 19.

6) IX, 19. πάντα ἐν μεταβολῇ. καὶ αὐτὸς σὸν ἐν διηγεκοῖς ἀλλοιώσει καὶ κατὰ τι φθορᾷ καὶ ὁ κόσμος δὲ ὄλος. IV, 3; X, 7.

7) X, 7.

8) XII, 21; cfr. adn. 5.

9) VI, 36.

10) VIII, 6.

11) XII, 21; IX, 19.

12) IX, 36. τὸ σαπρὸν τῆς ἐκάστω ὑποκαμένης ὑλῆς.

Dissolvuntur res, ut explicavimus pag. 19, in elementa, quorum per mutationem recipiuntur in principia, ita ut cujusque rei *αἴτιον* in *αἴτιον* universum, ὅλη s. ἐννοεῖται in ὅλην universam recipiatur (*ἀναλαμβάνεται*)<sup>1)</sup> vel evanescat (*ἐναγανίζεται*)<sup>2)</sup>. Principiis autem non separatis, verum ita conjunctis, ut totam materiam permanet ratio, necesse est, quae in unum principium recipiantur, recipi etiam in alterum, quare in *φύσιν*<sup>3)</sup> solam, quae est causa principalis a materia non sejuncta, mutari res non male dicuntur (*εἰς φύσιν μεταβάλλεσθαι*).

Aliud Antonini proprium verbum traducit nos ad quaestionem, quid fiat rebus in principia mutatis. Ut enim supra in *φύσιν*, sic aliis locis res recipi dicit in rationem seminalem sive in rationes seminales (*ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸν σπερματικὸν λόγον* s. *εἰς τὸν σπερματικὸν λόγον*)<sup>4)</sup>. Hac loquendi ratione idcirco utitur, quod cujusque rei et *αἴτιον* et ὅλη in principia ea lege mutantur, ut aliae res protinus ex iis fingantur vel ex iis quasi semiibus enascantur κατὰ τὰς δυνάμεις γονίμους τῶν διαδοχῶν<sup>5)</sup>. Nihil igitur, quod est, in nihilum interit, sed semper et in aeternum ex alio in aliud mutatur, ita ut fiat mutatio οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ὅλῃ εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν<sup>6)</sup>. Itaque omnibus locis, quibus Marcus usurpat vocem *φθείρεσθαι*, quasi καὶ ἀνθρωπον dicit; nam πᾶν τὸ διαγένεσθαι δοκοῦν ἡ φύσις εἰς ἑαυτὴν μεταβάλλει καὶ πάλιν ἄλλα νεαρὰ ἐκ τούτων αὐτῶν ποιεῖ<sup>7)</sup>, et τοῖς μέρεσι τοῦ δόλου, δσα φύσει περιέχεται ὑπὸ τοῦ κόσμου, ἀνάγκη φθείρεσθαι. λεγέσθω δὲ τοῦτο σημαντικὸς τοι ἀλλοιοῦσθαι<sup>8)</sup>. Quare alio loco notio verbi *φθορᾶς* additamento quodam circumscripta est: πάντα ἐν μεταβολῇ. καὶ αὐτὸς σὺ ἐν διηγεκεῖ ἀλλοιώσει καὶ κατὰ τὴν φθορᾶ — Quaecunque igitur res est, ea semen quodammodo dici potest alius rei futurae, σπέρμα τρόπον τινὰ πᾶν τὸ ὄν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἐσομένου<sup>9)</sup>. Quo fit, ut ad fingendas res novas nova materia non opus sit<sup>10)</sup>.

1) VII, 10. πᾶν τὸ ἐννοεῖται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ. καὶ παν αἴτιον εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον τάχιστα ἀναλαμβάνεται. X, 7.

2) VII, 10; cfr. adn. 1.

3) VIII, 50. ἡ δὲ τῶν ὅλων φύσις ἔξω οὐδὲν ἔχει. ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς τέχνης ταύτης ἐστίν, ὅτι περιορίσασα ἑαυτὴν πᾶν τὸ ἐνδον διαγένεσθαι καὶ γηράσκειν καὶ ἀχρηστον εἶναι δοκοῦν εἰς ἑαυτὴν μεταβάλλει.

4) IV, 14. ἐντιπότης ὡς μέρος. ἐναπανισθήσῃ τῷ γεννήσαντι. μᾶλλον δὲ ἀναληθήσῃ εἰς τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν σπερματικὸν κατὰ μεταβολήν. IV, 21; VI, 24. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών καὶ ὁ ὄφεωκόμος αὐτοῦ αποθανότες εἰς ταῦτα κατέστησαν. ἥτοι γάρ ἀλήθησαν εἰς τοὺς αὐτοὺς τοῦ κόσμου σπερματικοὺς λόγους ἡ διεκεδασθησαν ὅμοιος εἰς τὰς ἀτόμους.

5) V, 13. ἐξ αἰτιῶν καὶ ὀλικῶν συνέστηκα. οὐδέτερον δὲ τούτων εἰς τὸ μὴ ὄν φθαρήσεται, ὥσπερ οὐδὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑπέστη. οὐκοῦν κατατεχθήσεται πᾶν μέρος ἐμὸν κατὰ μεταβολὴν εἰς μέρος τοῦ κόσμου. καὶ πάλιν ἐκεῖνο εἰς ἔτερον μέρος τοῦ κόσμου μεταβαλεῖ. καὶ ἦδη εἰς ἀπειρον. κατὰ τοιαύτην δὲ μεταβολὴν καὶ γένεσθαι καὶ ἀπανιόντι εἰς ἄλλο ἀπειρον. οὐδὲν γάρ κωλέει οὕτως γάντι, καὶ κατὰ περιόδους πεπιλασμένας ὁ κόσμος διοίκηται. cfr. VII, 23; VII, 25.

6) XI, 35. ὅμητας, στατικὴ, στατική, πάντα μεταβολαί, οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν.

7) VIII, 50.

8) X, 7.

9) IV, 36.

10) VIII, 50. μὴ προσεπείπεις. τί δὲ καὶ ἕγινετο ταῦτα ἐν τῷ κόσμῳ; ἐπεὶ καταγελασθήσῃ ὑπὸ ἀνθρώπων τυσιολόγον, ὡς ἀν καὶ ὑπὸ τέκτονος καὶ σκυτέως γελασθεῖς, καταγινώσκων, ὅτι ἐν τῷ ἱραστηρίῳ ξέσματα καὶ περιτμήματα τῶν κατασκευαζομένων δρᾶς. καίτοι ἐκεῖνοι γε ἔχονται, ποὺ αὐτὰ διμοσιεύουν. ἡ δὲ

Hac mutatione et elementorum et rerum ex iis commixtarum mundus servatur semperque renovatur (*σώζεται καὶ ἀνανεοῦται*<sup>1)</sup>). Nullo tamen modo, quamvis et totus mundus et singulae res omnes perpetua utantur mutatione, genera rerum fiunt alia vel existunt nova, sed ex aeterno tempore (*ἐξ αἰδίου s. ἐξ αἰώνος*<sup>2)</sup>) in aeternum s. infinitum tempus (*εἰς ἀπειρον*<sup>3)</sup>) omnia ejusdem et speciei (*πάντα ὄμοιοιδῆ*<sup>4)</sup>) et generis (*όμογενῆ*<sup>5)</sup>) et originis (*πάντα ἐκ τῶν αὐτῶν*<sup>6)</sup>) sunt, omnia, ut una voce complectamur, prorsus eadem (*τὰ αὐτά*<sup>7)</sup>). Nihil igitur in mundo novi, omnia usitata: *οὐδὲν καινόν . πάντα συνήθη*<sup>8)</sup>. Interest aliquid inter *καινὸν* et *νέον* s. *νεαρόν*. *Νέα* in mundo inveniuntur, existunt enim per mutationem, quare: *ἄλλοιώσεις ἀνενέοντι τὸν κόσμον διηγεῖται*<sup>9)</sup>. *πάντα μεταβαλεῖ ἡ φύσις, ἵνα δὲ τεραρός ἔτι διάσμος*<sup>10)</sup>. *νεαρός δὲν καὶ ἀκμαῖος ὁ σύμπας κόσμος*<sup>11)</sup>. Haec vero *νέα* semper sunt prioribus *ὄμοια*<sup>12)</sup> vel *τοιαῦθ' ἔτερα*<sup>13)</sup>, non *καινά*. Significat enim *καινὸν* tale quid, quale usque ad id tempus nondum fuerit<sup>14)</sup>.

Quum ita se habeat res, nihil, quamdiu vixerit homo, interest. Qui vixerunt sive per longum temporis spatium sive per breve, idem viderunt<sup>15)</sup>. Namque non solum quae sunt, verum etiam quae ab hominibus geruntur<sup>16)</sup>, eadem semper sunt ac manent; quaecunque nunc fiunt, et antea sunt facta et fient posteris temporibus eo tantum excepto, quod hominum, a quibus geruntur res, alios alii excipiunt. Quam ad mutationem semper aequabilem et quasi ad idem semper redeuntem vox pertinet technica a circulo petita *ἀνακυκλεῖν*<sup>17)</sup>.

*τὸν ὅλων φύσις ἔξω οὐδὲν ἔχει, ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς τέχνης ταῦτης ἔστιν, ὅτι περιορίσασα ἑαυτὴν πᾶν τὸ ἐνθὸν διαγένεσθαι καὶ γηράκειν καὶ ἀρρώστον είναι δοκοῦν τοις ἑαυτὴν μεταβάλλει, καὶ ὅτι πάλιν ἄλλα νεαρὰ εἰ τούτων αὐτῶν ποιεῖ, ἵνα μήτε οὐδεις ἔξωθεν χρῆσῃ, μήτε ὅπου ἐκβάλῃ τὰ σαπρότερα, προσέρηπτα . ἀρκεῖται οὖν καὶ χώρᾳ τῇ ἑαυτῆς καὶ ὑλῇ τῇ ἑαυτῆς καὶ τέχνῃ τῇ ἑιδίᾳ.*

1) II, 3. *σωζοντα τὸν κόσμον ὥσπερ αἱ τῶν στοιχείων, οὕτως καὶ τὸν συγκριμάτων μεταβολαί.* VI, 15. *ἔργοις καὶ ἀλλοιοῖς αἰναίνεον τὸν κόσμον διηγεῖται.* VII, 25.

2) VI, 37. *ὁ τὰ νῦν ίδων πάντα ἔωρεκεν, ὅσα τε ἐξ αἰδίουν ἔγινετο καὶ ὅσα τοις τὸ ἀπειρον ἔσται.* πάντα γάρ *όμογενῆ* καὶ *όμοιοιδῆ*. II, 14. *πάντα ἐξ αἰδίουν ὄμοιοιδῆ καὶ ἀνακυκλούμενα.* IX, 35.

3) VI, 37, efr. adn. 2; IX, 35.

4) II, 14; VI, 37; IX, 35, adn. 2; VII, 49; XI, 1; VI, 46.

5) VI, 37, adn. 2.

6) VI, 46. *πάντα γάρ ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν.*

7) II, 14. *οὐδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἐκατὸν ἔτεσιν ἢ ἐν διακοσίοις ἢ ἐν τῷ ἀπιόφῳ χρόνῳ τὰ αὐτά τις ὄψεται.* VI, 46; VII, 1.

8) VII, 1; VIII, 6.

9) VI, 15.

10) VII, 25.

11) XII, 23.

12) IV, 36. *οὐτως γιλεῖ ἡ τῶν ὅλων φύσις, ὡς τὰ ὄντα μεταβάλλειν καὶ ποιεῖν νέα ὄμοια.*

13) IX, 35. . . . *πάντα κακῶς γίνεται καὶ ἐξ αἰώνος ὄμοιοιδῆς ἔγινετο, καὶ τοις ἀπειρον τοιαῦθ' ἔτερα ἔσται.*

14) Attendas XI, 1. *οὐδὲν νεώτερον ὅφοτε οἱ μεθ' ἡμας.* Bene positus est gradus comparativus: *nova quidem posteri videbunt; magis vero, quam quae nūne sunt, nova non videbunt.*

15) II, 14, efr. adn. 7; VI, 37, adn. 2; XI, 1.

16) VII, 1; X, 27. *συνεχῶς ἐπιοῖν, πῶς πάντα τουαῦτα, ὅποια νῦν γίνεται, καὶ πρόσθετον ἔγινετο.* καὶ *ἐπιοῖν γενησόμενα.* καὶ ὅλα δράματα καὶ σκηνὰς ὄμοιοιδῆς, *ὅσα τοις πειρασ τῆς σῆς ἢ τῆς πρεσβυτέρους ιστορίας ἔγνως, πρὸ ὄμμάτων τιθεσθαι.* οἷον αὐλὴν ὅλην Ἀθηναῖον καὶ αὐλὴν ὅλην Ἀντωνίνον καὶ αὐλὴν ὅλην Φιλίππου, Ἀλεξανδρον, Κροίσον . *πάντα γάρ ἔκεινα τουαῦτα ἦν, μόνον δὲ' ἔτερων.*

17) II, 14. *πάντα ἐξ αἰδίουν ὄμοιοιδῆ καὶ ἀνακυκλούμενα.*

Tamen rerum ordo, qui est, aliquando interumpetur et quasi desinet. Regitur enim mundus a natura κατὰ περιόδους τεταγμένας<sup>1)</sup> s. πεπερασμένας<sup>2)</sup>, quae verba si cum reliquorum Stoicorum<sup>3)</sup> verbis et sententiis contuleris, idem sensisse Marcum credes, quod illi statuerunt, mundum aliquando in principia vel deum mutatione rediturum esse, continuo autem exstiratum alium per περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων<sup>4)</sup>. Quem eadem usurum esse ratione institutioneque ac priorem per se manifestum est<sup>5)</sup>, quum vis, quae novum fingit, eadem sit ratio, quae fixit priorem, rationis vero leges nunquam mutantur. Quamquam igitur mundus habebit finem, mutationem tamen ipsam quominus dicamus aeternam (μεταβολὴν εἰς ἀπειρον)<sup>6)</sup>, non prohibemur, quia fine mundi non interrupitur mutatio, sed rerum ordo, ut ita dicam, per temporis punctum sublatus illa ipsa mutatione protinus instauratur et redintegratur.

Jam vero quaerendum est, utrum igne an alia re mundus conficiatur. Legitur X, 7: ητοι γὰρ σκεδασμὸς στοιχείων, ἐξ ὧν συνεκρίθη, ἡ τροπὴ τοῦ μὲν στερεμνίου εἰς τὸ γεῶδες, τοῦ δὲ πνευματικοῦ εἰς τὸ αέρωδες. ὥστε καὶ ταῦτα ἀναληφθῆναι εἰς τὸν τοῦ ὅλου λόγον, εἴτε κατὰ περίοδον ἐκπνοουμένον, εἴτε ἀδίοις ἀμοιβαῖς ἀνανεούμενον. Non repugnare videtur illi sententiae haec, quum, etiam si per periodos igne concremetur mundus, sempiterna mutatio non interrumpatur. Tamen nostro loco hae duae sententiae nullo modo possunt significare idem, id quod perspicuum est ex enuntiato disjunctivo. Quare τὸ ὅλον ἀδίοις ἀμοιβαῖς ἀνανεούμενον idem sonat, quod mutatio mundi, qualis nunc est quique nullo unquam modo finitur s. interrumpitur. Disjunctivo autem utitur enuntiato, ut probet, mundus sive κατὰ περιόδους gubernetur sive uno ac perpetuo tenore, res tamen omnes mutari ac recipi in universi rationem. Jam vero illam sententiam sequi proprium esse λογικῆς ψυχῆς<sup>7)</sup> vel ψυχῆς ἔντεχνου καὶ

1) V, 32. τις οὖν ψυχὴ ἔντεχνος καὶ ἐπισήμων; ἡ εἰδὺναι ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ τὸν διὰ τῆς οὐσίας διῆκοντα λόγον καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰώνος κατὰ περιόδους τεταγμένας οὐκονομῶντα τὸ πᾶν.

2) μεταβολὴ . . . εἰς ἀπειρον. οὐδὲν γάρ κακέντει σύτος φάντα, καὶ κατὰ περιόδους πεπερασμένας ὁ κόσμος διοικήται.

3) Diog. Laert. VII, 137. Δημιονοργὸς ὁν (sc. θεὸς) τῆς διακοσμήσεως κατὰ χρόνων ποιάς περιόδους ἀναδισκῶν εἰς ἑαυτὸν τὴν ἀπασαγονούνταν τοῦ πάλιν εἰς ἑαυτὸν γεννῶν. Num. ap. Eus. pr. ev. XV, 19: ἐπανελθόντα (sc. η κοινὴ γένεσις) εἰς τὸν πρώτον ὄρθενται λόγον καὶ εἰς τὴν ἀναστασαν ἔκεινται τὴν ποιοῦνταν τὸν μέγιστον . . . διὰ τάξιν, αἵτινες διακοσμεῖν ὡσαύτως ἡρξαστο κατὰ λόγον πάλιν τὴν αὐτὴν διεξαγωγὴν ποιεῖται τῶν τοιαύτων περιόδων εἰς ἀδίον ἀναπαύστως. Nemes. περὶ γυσ. ἀνθρωπ. c. 38, p. 147: οἱ δὲ Στωικοὶ φασιν ἀποκαθισταμένους τὸν πλάνητας εἰς τὸ αὐτὸν σημεῖον, κατά τε μῆκος καὶ πλάτος, ἐνθα τὴν ἀρχὴν ἔκαστος ἦν, ὅτε τὸ πρώτον ὁ κόσμος συνέστη, ἐν δηταῖς χρόνον περιόδους ἐκπίνονται καὶ γενοράν τῶν ὅντων ἀπεργάζεσθαι καὶ πάλιν εἰς ὑπαρχῆς εἰς τὸ αὐτὸν τὸν κόσμον ἀποκαθιστασθαι καὶ τῶν ἀστέρων ὅμοιως πάλιν φερομένων ἔκαστον ἐν τῇ προτέρᾳ περιόδῳ γεννόμενον, ἀπαραλλάκτως ἀποτελεῖσθαι.

4) XI, 1. ἡ λογικὴ ψυχὴ . . . εἰς τὴν ἀπειρίαν τοῦ αἰώνος ἐκτείνεται καὶ τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων ἐμπεριλαμβάνει.

5) Fortasse concludi potest haec sententia ex VII, 19. πόσους ἡδη δ' αἰώνων Χρυσίππους, τόσους Σωκράτεις, πόσους Επικρήτους κατατέποκε, quo cum loco conferas verba, quae locum excipiunt ex Nemesio (adn. 3) laudatum: ἔσεσθαι γάρ πάλιν (sc. in novo mundo) Σωκράτην καὶ Ηὔστορον τῶν αἰνθρώπων κτλ. At licet fortasse Marciana verba vertere: quot homines ejusmodi, qualis erat Chrysippus etc. Quare ad argumentationem illum locum adhibere dubitavimus.

6) V, 13.

7) XI, 1. τὰ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς . . . τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων ἐμπεριλαμβάνει.

*ἐπιστήμονος*<sup>1)</sup> aliis locis dicit. Altera igitur disjunctionis parte rejecta periodos mundi effici statuit concrematione. Itaque, ut equidem puto, perverse dixerunt et Rechius<sup>2)</sup> et Bachius<sup>3)</sup>.

## § 8.

Qua ratione et causae et res aliae ex aliis aptae  
et necessitate inter se nexae sint.

*κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἔκαστα περιάνεται. — τύχη. — τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα. — πάντα νομιστί. — ἀναφορά. — οὐ καταρίθμησις ἀπηρτημένως καὶ μόνον τὸ κατηναγκασμένον ἔχοντα, ἀλλὰ συνάφεια εὐλογος. — πάντα πάντων τῶν γινομένων συναίτια. — εἰμαρμένη. — τὸ ἔξῆς s. διαδοχὴ ψιλή. οὐδὲν ἀλλότριον ἀλλο ἀλλο. πάντα φίλα ἀλλήλοις. Θαυμαστὴν τινα οἰκειότητα ἔμφαίνει. συνέχεια, συνάφεια, σύνδεσις, ἐπισύνδεσις. — πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται, ἐπιπλοκὴ τῶν προνοίᾳ διοικουμένων, ἐπιπλοκὴ τῶν αἰτίων (εἰμαρμένη, Κλωθώ), σύννησις et συντεῦν, σύγκλωσις et συγκλώθεσθαι, συμμάρχονται, συμμαρτύρουνται σύγκλωσις. — συντάττεσθαι et συγκατατάττεσθαι. — συγκλώθεσθαι et συγκαθειμάρθαι. ή ἔκαστῳ νεμομένη μοῖρα. συνεμφέρεσθαι et συνεμφέρειν. — σύντευξις, σύμβασις et συμβαίνειν. — τὸ ἔκονσις ἐπεσθαι et τὸ ἐπεσθαι ψιλόν. — τὸ ἐνιστάμενον καὶ ἀντιβαῖνον ἐπιπεριτρέπει καὶ κατατάσσει εἰς τὴν εἰμαρμένην καὶ μέρος ἔαντης ποιεῖ ή φύσις.*

Quaecunque in mundo et fiunt et geruntur, ex mutatione et fieri et geri necesse est, *τί γὰρ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γενέσθαι*<sup>4)</sup>; Quum vero nullam aliam ad vim nisi ad causam principalem ejusque unum ad impetum<sup>5)</sup> omnis mutatio revocanda sit, et rerum et eventorum omnium fons et quasi effectrix illa causa est, quae et *αἴτιον* s. *αἴτια* et *φύσις* et *λόγος τοῦ ὅλου* etc. appellatur. His causis vel huic uni causae omnia, quae fiunt vel hominibus accidunt, adscribuntur. VIII, 27. *τὴν θείαν αἴτιαν, ἀφ' η̄ς συμβαίνει πᾶσι πάντα.* VI, 9. *κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἔκαστα περιάνεται.* VI, 10. *πάντα κατὰ τὸν τὴν τῶν ὅλων οὐσίαν διοικοῦντα λόγον γίνεται καὶ περιάνεται.* V, 10. *οὐδὲν συμβῆσται σοι, δο οὐχὶ κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐστίν.* Nihil igitur in mundo fortuito fit, immo vero, quae casu et forte fortuna accidere videntur, a communi omnium principio proficiscuntur II, 3. *τὰ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως*

1) *ψυχὴ ἐντεχνος καὶ ἐπιστήμων ἡ εἰδνία . . . τὸν τῆς οὐσίας διήκοντα λόγον καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος κατὰ περιόδους τεταγμένας οἰκογομοῦντα τὸ πᾶν.*

2) I. 1. 537. »Ohne einen Untergang des Weltganzen anzunehmen, behauptet er vielmehr nur eine ewige Umwandlung alles Einzelnen.«

3) I. 1. pag 44 adn. 2: »Antoninus illam Heracliti sententiam (de conflagratione) deridere videtur III, 3\*. Derisionem non video; hic est locus laudatus: 'Ιπποκράτης πολλὰς γόσους λασάμενος αἴτος νοσήσας ἀπέθανεν. Ἀλέξανδρος καὶ Πομπήιος . . . πολλάς μυριάδας . . . κατακόμαντες καὶ αὐτοὶ ποτε ἔξηλθον τοῦ βίου. Ἡράκλειτος περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπρώσεως τοσάντα φυσιολογῆσας ὕδατος τὰ ἐντὸς πληρωθεῖς βολβίτω κατακεχιμένος ἀπέθανεν.

4) VII, 18,

5) IX, 1.

*ἡ συγκλούσεως καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν προνοίᾳ διοικουμένων<sup>1)</sup>.* Quare idem significant et quasi συνωνύμως ponuntur vocabula *συμβάίνοντα* et *ἀπονεμόμενα* i. e. *φύσει ἀπονεμόμενα<sup>2)</sup>*.

Omnia igitur ex lege fiunt, *πάντα νομιστί<sup>3)</sup>*, ex ea scilicet, quam a principio constituit rerum natura, quae ipsa lex dicitur et dici potest; *ὅ τὰ πάντα διοικῶν, ὃς ἐστι νόμος, τέμων, ὅσα ἔχαστη ἐπιβάλλει<sup>4)</sup>*.

Quare, quum ex ratione, consilio, lege proficiscantur omnia nec quidquam casu et fortuito eveniat, quidque habet, et cur sit et quid agat in mundo; *ἔχαστον πόσος τι γέγονεν<sup>5)</sup>* et *εἰς τὸν κόσμον προῆκται χάριν τινός<sup>6)</sup>*. Qui cujusque rei finis (*ἀναφορά*) Marco habuisse videtur tantam vim et tantum pondus, ut eum nonnusquam quasi tertium rerum principium ponat XII, 10. *δύοια αὐτὰ τὰ πράγματα δοῦλον διαιροῦντα εἰς ὑλὴν, αἴτιον, ἀναφοράν.* XII, 18. *τί ἐστιν αὐτὸς ἔχειν τὸ τὴν φαντασίαν σοι ποιοῦν καὶ ἀναπτύσσειν διαιροῦντα εἰς τὸ αἴτιον, εἰς τὸ ὑλικὸν, εἰς τὴν ἀναφοράν κτλ.<sup>7)</sup>*

Jam vero alia spectemus. Nihil sine causa fit. Omnia vero causas, quum natura unam fecerit *δομὴν*, *αἴτιον* unum primitivum complectitur, ita ut omnium postea eventorum causae in illa prima quasi in semine involutae sint. Quidquid igitur fit, reducendum est ad causam antecedentem, quae itidem alia ex causa profecta est. Sic porro ac longius recedentes ad causam pervenimus primitivam. Quare non excipiunt solum causarum alias aliae, sicut exempli gratia in computando numerum quinariū excipit senarius nullo modo cum illo conjunctus, sed externa vi — voluntate ejus, qui numerat — adjunctus (i. e. *καταρίθμησις τις ἀπηρτημένως καὶ μόνον τὸ κατηγοριασμένον ἔχοντα<sup>8)</sup>*, verum connexio est rationi consentanea (*συνάρτεια εὐλογος* l. l.), qua familiaritas (*οἰκειότης* l. l.) omnium, quae fiunt, exsistit. Nullius rei causa a causa aliis aliena est, immo vero cujusque rei causa non solum hujusce rei unius propria, verum etiam ceterarum omnium adjuvans est, i. e. *πάντα πάντων τῶν γνωμένων συναίτια<sup>9)</sup>*). Haec autem series implexa causarum<sup>10)</sup> est

1) Quantum de hac *τίχης* notionē Marcus consentiat cum iis, quae priorum temporum Graeci de ea statuerint, cfr. Lehrs populäre Aufsätze: Dūmon und Tyche.

2) Scriptum est III, 4. *τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα, non τὰ συμβαίνοντα καὶ τὰ ἀπονεμόμενα,* id quod sententiam nostram confirmat.

3) VII, 31.

4) X, 5.

5) VII, 19.

6) V, 1. *προενόμαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὅν ἐνεκεν γέγορα καὶ ὅν χάριν προῆγματι εἰς τὸν κόσμον.* cfr. VIII, 50.

7) Vocem *ἀναφορᾶς* significare id, quod diximus, hi probant loci: VIII, 11. *τοῦτο τι ἐστιν αὐτὸς καθ' ξαντὸ τὴν ἁδία κατασκευὴ;* τι μὲν τὸ οὐσιῶδες αἴτιον καὶ ὑλικόν; τι δὲ τὸ αἴτιοδες; τι δὲ ποιεῖ ἐν τῷ κόσμῳ κτλ., quibuscum verbis cfr. locum in textu laudatum XII, 18. *τὸ αἴτιον· τὸ αἴτιοδες, τὸ ὑλικόν· τὸ οὐσιῶδες καὶ ὑλικόν, ἡ ἀναφορά· τι δὲ ποιεῖ ἐν τῷ κόσμῳ κτλ.* II, 16 *ὑβριζει ἡ ψυχὴ . . . ὅταν πρᾶξιν τινα ἔκανῃς καὶ ὄφηγε ἐπ' οὐδίνα σροτὸν ἀγήρ, ἀλλὰ εἰτὴ καὶ ἀπαρακολουθήτως οὐτοῦν ἐνεψύγῃ, δέον καὶ τὰ μικρότατα κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι.* cfr. III, 4; IX, 23.

1) IV, 45.

2) IV, 40.

3) Senec. de benef. 4, 47: nam quum fatum nihil aliud sit quam series implexa causarum, ille (sc. deus) est prima omnium causa, ex qua ceterae pendent.

necessitas, quae dicitur fatalis, s. fatum, είμαρμένη. Sic enim Marcus ipse explicat V, 8: ἐκ πάντων τῶν αἰτίων η̄ είμαρμένη τοιαύτη αἰτία συμπληροῦται. Quaecunque igitur a mundi constitutione usque ad concremationem accidunt, ab initio<sup>1)</sup> constituta sunt, vel, ut aliis utamur verbis, fatali necessitate eveniunt.

Eandem atque causarum rerum omnium, quae in mundo exsistunt, esse rationem prorsus iisdem argumentis probatur. Omnia cognatione continentur arctissimisque vinculis connexa sunt, ita ut aliud ab alio non alienum sit, sed omnia ad omnia pertineant. Cui et causarum et rerum conjunctioni quantam Marcus vim tribuerit quantoque opere hujus rei cogitatione semper commotus sit, ex varietate eximia vocabulorum, quibus ad hanc rem significandam utitur, intelligere nobis licet. Ut ab ea incipiamus voce, quae minimam habet vim parumque accurate ac diligenter, qua inter se excipient res, describit rationem, primo loco ponimus τὸ ἔξῆς<sup>2)</sup>, quod nihil significat nisi rerum continuationem οἶον ἐν καταριθμήσει, i. e. διαδοχὴν ψιλήν<sup>3)</sup>, qua praecedentem aliquam rem subsequitur aliud quid, i. e. τὰ ἔξῆς τοῖς προηγησαμένοις ἐπιγίνεται l. l. Neque vero, ut vidimus, haec propria est rerum ratio, sed omnia familiaritate conjuncta sunt. Itaque: οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ<sup>4)</sup>, πᾶν τὸ συμβαῖνον γνώριμον<sup>5)</sup>, πάντα φύλα ἀλλήλοις<sup>6)</sup> et θαυμαστήν τινα οἰκειότητα ἔμφαντει<sup>7)</sup> s. τὰ ἔξῆς τοῖς προηγησαμένοις οἰκείως ἐπιγίνεται l. l. Nam tanta est rerum συνάφεια et συνέχεια<sup>8)</sup>, σύνδεσις<sup>9)</sup> et ἐπισύνδεσις<sup>10)</sup>, ut, quem ad modum in rebus vel nexis vel netis vel textis fila cum filis cohaerent, ita in mundo omnia cum omnibus connexa sint. Inde verba: πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται<sup>11)</sup>, ἐπιπλοκὴ τῶν προνοίᾳ διοικουμένων<sup>12)</sup>, η̄ ἐπιπλοκὴ τῶν αἰτίων<sup>13)</sup>, σύννησις<sup>14)</sup>, συγκλώθεσθαι et σύγκλωσις<sup>15)</sup>,

1) V, 8. στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνον σοι . . . ὅτι σοὶ ἐγίνετο καὶ σοὶ συνετάττετο καὶ πρὸς σὲ πως είχειν, ἀνωθεν ἐκ τῶν πρεσβυτάτων αἰτίων συγκλωθόμενον. X, 5 ὅτι ἀν σοι συμβαίνῃ, τοῦτο σοὶ οὐκ αἰώνος προκατετελεύτητο. καὶ η̄ ἐπιπλοκὴ τῶν αἰτίων συνέκλωθε τὴν τε σὴν ὑπόστασιν ἐξ ἀιδίου καὶ τὴν τούτου σύμβασιν. IV, 26. συμβέβηκε σοι τι; καλῶς. ἐκ τῶν ὅλων ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθίμαστο καὶ συνεκλώθητο πᾶν τὸ συμβαῖνον.

2) IV, 45. τὰ ἔξῆς αἱ τοῖς προηγησαμένοις οἰκείως ἐπιγίνεται . . . ὥσπερ συντέτακται συνημοσμένως τὰ ὄντα, οὕτως τὰ γινόμενα οὐ διαδοχὴν ψιλήν, ἀλλὰ θαυμαστήν τινα οἰκειότητα ἔμφαντει. VI, 38.

3) IV, 45 cfr. adn. 2.

4) VII, 9,

5) IV, 33.

6) VI, 36.

7) IV, 45.

8) V, 8. πηροῦνται γάρ τὸ ὄλοκληρον, ἐὰν καὶ διτοῦν διακόψις τῆς συναφείας καὶ συνεχείας, ὥσπερ τῶν μορίων, οὗτω δὴ καὶ τῶν αἰτίων.

9) VII, 9. πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται καὶ η̄ σύνθεσις ἱερὰ καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ.

10) VI, 38. πολλάκις ἐνθύμου τὴν ἐπισύνθεσιν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα.

11) VII, 9; VI, 36.

12) II, 3.

13) X, 5.

14) IV, 40. πῶς πάντα πάντων τῶν γενομένων συναίτια . καὶ οἵα τις η̄ σύννησις καὶ συμμίχνυσις.

15) III, 4. τὰ ἔστιν ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα. III, 16 τὰ συμβαίνοντα καὶ συγκλωθόμενα αἰτῶ. II, 3 τὰ τῆς τυχῆς οὐκ ἔνειν τύσεις η̄ συγκλώσεως. IV, 26 συμβέβηκε σοι; καλῶς ἐκ τῶν ὅλων ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθίμαστο καὶ συνεκλώθητο πᾶν τὸ συμβαῖνον. V, 8 στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνον σοι . . . ὅτι σοὶ ἐγίνετο . . . ἀνωθεν ἐκ τῶν πρεσβυτάτων αἰτίων συγκλωθόμενον.

*συμμηρύεσθαι* et *συμμήρυσις*<sup>1)</sup> et quasi *πλεοναστικῶς* verba *συμμηρυομένη σύγχλωσις*<sup>1)</sup>. Quare ad ordinem significandum, quo res dispositae sunt, Marcus non satis habet adhibere vocem *τάπτεσθαι*, sed verba praefert *συντάπτεσθαι*<sup>2)</sup> et *συγχατατάπτεσθαι*<sup>3)</sup>, ut vinculum denotet, quo tam arcte omnia copulata sint, ut nihil, quin vim habeat ad cetera, in mundo esse possit. Omnibus ita conjunctis causis efficitur et perficitur (*συμπληροῦται*)<sup>4)</sup> *εἰμαρμένη* s. *ἐπιπλοκὴ τῶν αἰτίων*<sup>5)</sup> s. *Κλωθώ*<sup>6)</sup>, sicut rebus omnibus inter se nexit *συμπληροῦται ὁ κόσμος*<sup>7)</sup>. Tota autem causarum series et conjunctio quasi in semen reducenda est in *αἴτιον* primitivum; quare, si hac ex parte spectamus, *εἰμαρμένη* est causarum non solum series implexa, verum omnium prima et principalis causa i. e. *αἴτιον* primitivum ipsum s. *λόγος* s. *νοῦς* etc., quo regitur mundus. Unde efficitur, fatali necessitate ut omnia regantur eique parant. Quidquid igitur homini accedit, a principio vel ab aeterno constitutum et quasi ante praeparatum (*ἔξ αἰώνος προκατεσκενασμένον*)<sup>8)</sup> est, vel, ut aliis locis est scriptum, homines cum rebus, quae iis accidunt, a principio quasi contexti, ne dicam conneti, et sorte conjuncti sunt; η *ἐπιπλοκὴ τῶν αἰτίων* συνέκλωθε τὴν τε σὴν ὑπόστασιν *ἔξ αἰδίου καὶ τὴν τούτον σύμβασιν*<sup>9)</sup>. *συμβέβηκε σοὶ τι;* καλῶς . *ἔξ τῶν ὅλων ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθείμαστο καὶ συνεκλώθετο πᾶν τὸ συμβαῖνον*<sup>10)</sup>. Simili ratione, qua his locis verba *συγκλώθεσθαι* *ἔξ αἰδίου*, *ἀπ' ἀρχῆς συγκαθειμάρθαι καὶ συγκλώθεσθαι*, aliis inveniuntur *συγκεκληρῶσθαι*<sup>11)</sup>, *συνειληχέναι* l. l. *σύλληξις*<sup>12)</sup>.

Illae a principio cuique constitutae res efficiunt τὴν ἔκάστῳ *νεμομένην μοῖραν*<sup>13)</sup>, quae cum ceterorum omnium *μοίραις* conjuncta infertur (*συνεμφέρεται* l. l.), scilicet in rerum seriem, et quantum in ea est, confert (*συνεμφέρει* l. l.), scil. ad rerum seriem continuandam. Sic enim sine dubio explicanda sunt verba: η *ἔκάστῳ νεμομένη μοῖρα συνεμφέρεται τε καὶ συνεμφέρει*<sup>14)</sup>, ita ut prorsus idem significant, quod *συγχατατέτακται γὰρ* (sc. *πᾶν*) *καὶ συγκομεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον*<sup>15)</sup> (*συγχατατέτακται=συνεμφέρεται, συγκομεῖ=συνεμφέρει*).

1) μηρὸν Vett. Lex. *συνειλέω, τα ἴστια συνάγω, ἀναλέγομαι.* Hes. Opp. 540 *στήμονι δὲν παίρω πολλὴν χρόνα μηρόσασθαι.* Verbum compositum *συμμηρύσθαι* Marco solo usitatissimum est VIII, 23 *συμβαῖνει τι μοι;* δέχομαι ἐπὶ τὸν θεόν ἀναγέρων καὶ τὴν πάντων πηγὴν, ἀφ' ἣς πάντα τὰ γινόμενα συμμηρύεται.

IV, 40, cfr. adn. 14 pag. 26.

2) III, 11.

3) IV, 45. *ωσπερ συντέτακται συνηρμοσμένως τὰ ὄντα κτλ.*

4) VII, 9. *σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἀλλο . . . συγχατατέτακται γὰρ κτλ.*

5) V, 8.

6) X, 5. cfr. adn. 1 pag. 26.

7) IV, 34. *ἔκων σειντὸν τῇ Κλωθῷ συνεπιδίδον, παρέγων συννῆσαι, οἰστοι ποτε πράγμασι βούλεται.*

8) V, 8. *ἐκ πάντων τῶν αἰτίων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται.*

9) X, 5.

10) X, 5.

11) IV, 26.

12) VI, 39, *οἵσι συγκεκληρωσαὶ πράγμασι, τούτοις συνάρμοζε σειντὸν, καὶ οἵσι συνειληχας ἀνθρώποις, τούτους φίλει, ἀλλ' ἀληθινῶς.*

13) III, 11.

14) III, 4.

15) XII, 23.

De *tύχης* notione supra jam dictum est pag. 24. Afferenda sunt hoc loco vocabula simile quid valentia: *σύντενξις*<sup>15)</sup>, *σύμβασις*<sup>16)</sup> et verbum *συμβαίνειν*<sup>17)</sup>, cfr. V, 8. ὅποιόν τι ἔστι τὸ λεγόμενον, ὅτι „συνέταξεν ὁ Ἀσκληπιὸς τούτῳ ἐππασίαιν κτλ. . τοιοῦτόν ἔστι καὶ τὸ συνέταξε τούτῳ ἡ τῶν δλων φύσις νόσον κτλ.“ Καὶ γὰρ ἔχει τὸ συνέταξε τοιοῦτόν τι σημαίνει, ἔταξε τούτῳ τοῦτο ὡς κατάλληλον πρὸς ὑγειαν . καὶ ἐνταῦθα τὸ συμβαῖνον ἐκάστῳ τέτακται πως αὐτῷ κατάλληλον πρὸς τὴν εἰμαρμένην . οὕτως γὰρ καὶ συμβαίνειν αὐτὰ ἡμῖν λέγομεν, ὡς καὶ τοὺς τετραγώνους λίθους ἐν τοῖς τείχεσιν ἡ ταῖς πυραμίδι συμβαίνειν οἱ τεχνῖται λέγονται συναρμόζοντες ἀλλήλους τῇ ποιᾷ συνθέσει κτλ. —

Huic fatali, quam explicavimus, necessitati nihil potest resistere, omnia eam sequi eique parere necesse est, soli animanti ratione praedito est permisum, utrum sua sponte ac voluntate velit sequi, an coactus et invitus; nam μόνῳ τῷ λογικῷ ζώῳ δέδοται τὸ ἔχονσίως ἔπεσθαι τοῖς γνομένοις, τὸ δὲ ἔπεσθαι ψιλὸν πᾶσιν ἀναγκαῖον<sup>4)</sup>. Etenim quidquid obstat atque resistit (*πᾶν τὸ ἀνθειστάμενον καὶ ἀντιβαῖνον*) natura circumvertit (*ἐπιπεριπέπει*) et in necessaria rerum serie collocat (*κατατάσσει* εἰς τὴν εἰμαρμένην) et sui partem facit (*μέρος ἔαντῆς ποιεῖ*<sup>5)</sup>). Novisne semper impetibus? Minime, ut explicatum est pag. 16, sed priusquam mundi constitutionem natura suscepit, omnia futura animo perlustravit, qua in re non fugit eam hominum magnam partem consilia sua non esse secuturos, sed repugnatores iis. Quod considerans tales rerum ordinem constituit, quo, etiam quae malo consilio ab hominibus aguntur, in communem utilitatem atque salutem convertantur. Quare ejusmodi homines, quamvis ipsi per se rejiciendi atque reprobandi sint, naturae tamen non solum non damnum ferunt, sed ex abundanti (*ἐκ περιουσίας*) operam conferunt ad consilia ejus exsequenda, sane quidem non εἰδότως καὶ παρακολονθητικῶς, sed ἀνεπιστάτως<sup>6)</sup>. Tollere (*ἀναιρεῖν*) igitur talis quis rerum ordinem non potest, verum tollere conari (*ἀναιρεῖν πειρᾶσθαι* l.l.) vel quodammodo tollere (*τρόπον τινὰ ἀναιρεῖν*)<sup>7)</sup>.

Quae ratio intercedat inter fatalem necessitatem et liberum hominis arbitrium Marcus non prodidit, fortasse vero ejus ex mente dicenda sunt haec: Libero hominis arbitrio non tollitur fatalis necessitas neque necessitate arbitrium liberum, immo vero et causarum et rerum in serie necessarium membrum est hominis actio, quam quidem a principio praevidit natura, minime vero praestituit et quasi praefinivit. Quae actio et pendens ex hominis libero arbitrio et a natura initio praevisa continuationi et rerum et causarum inde a principio inserta est.

1) VII, 9.

2) III, 11. τοῦτο . . . κατὰ τὴν τουαέτην σύντενξιν τε καὶ τύχην

3) X, 5.

4) X, 28. ἡ σχέσις πρὸς τὴν θείαν αἴτιαν, ἀγ' ἣς συμβαίνει πᾶσι πάντα.

5) Idem concludimus ex locis, ubi postulatur, ut homo sequatur sua sponte, e. g. IV, 34.

6) VIII, 35.

7) VI, 42. ἄλλος δὲ κατ' ἄλλο συνεργεῖ. ἐκ περιουσίας δὲ καὶ ὁ μεμτόμενος καὶ ὁ ἀντιβαίνειν περιφένεις καὶ ἀναιρεῖν τὰ γνώμενα.

8) V, 8. πηροῦται γὰρ τὸ ὀλόκληρον, ἐὰν καὶ ὅποιν διακόπτῃς τῆς συναρτείας κτλ. Διακόπτεις δὲ, οἶσον ἐπὶ σοὶ, ὅταν ὅντας συναρτεῖς καὶ τρόπον τινὰ ἀναιρῆς.

## § 9.

Quae ex rerum omnium conjunctione concludantur. Mundum esse unitatem, harmoniam, organismum, praeterea perfectum, pulcrum, animal ratione praeditum.

κόσμος εἰς ἐξ ἀπάντων, ὁ κόσμος = τὸ ἐν καὶ σύμπαν, ἀρμονία ἔστι μία, τὸ ὄλοντον. — πάντα συγκομεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον, πάντες εἰς ἐν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, ἄλλος δὲ καὶ ἄλλο συνεργεῖ, συνεργὰ πάντα καὶ συνεργετικά, τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συγκομούμενον. — η φύσις ἵσους καὶ καὶ ἀξίαν τοὺς μερισμοὺς χρόνων, οὐσίας, αἵτιον, ἐνεργείας, συμβάσεως ἑκάστοις ποιεῖται. — τὰ χείρω τῶν κρεετόνων ἔνεκεν, τὰ δὲ κρείττῳ ἀλλήλων. — πᾶν ἔστι μέρος τοῦ ὄλου. — οὐδὲν βλαφερὸν τῷ μέρει, ὁ τῷ ὄλῳ συμφέρει. οὐκ ἔχει τὸ ὄλον, ὁ μὴ συμφέρει ἔαντῳ. παντὶ φύσεως μέρει ἀγαθὸν, ὁ φέρει η τοῦ ὄλου φύσις. — η φύσις = η πρόνοια, ποιητὴ εἶμαρτιμένη καὶ ἀπαράβατος τάξις. — οὐδὲν ἔστιν ἀδίκως καὶ ἀλόγως ημελημένον τὸν ἐν τῷ διακοσμήσει. — κάλλος τοῦ κόσμου. — ὁ κόσμος ὡς ἐν ζῶον μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου s. τὸ κοινὸν ἡγεμονικόν. —

Rerum ordo s. mundus impetu universae rationis uno (pag. 16) ex una materia (pag. 13) factus est, ita ut ab illo principio et res et causae continua serie (pag. 25) inter se excipient nec quidquam inveniatur, quod vel turbare ordinem vel ex illa serie eripi possit (pag. 28). Arctissimis vinculis res ita inter se conjunctae sunt, ut omnes ad omnes pertineant cum omnibusque cohaereant (pag. 26). Itaque totus mundus, ut ita dicam, unitas, harmonia, organismus est. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται καὶ η σύνδεσις ἴερὰ καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλῳ ἄλλο. συγκατατέτακται γάρ καὶ συγκομεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον. Κόσμος τε γάρ εἰς ἐξ ἀπάντων κτλ<sup>1</sup>). ὄλως γάρ ἀρμονία ἔστι μία, καὶ ὥσπερ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται κτλ<sup>2</sup>). πάντα τὰ γυνόμενα ἐν τῷ ἐνὶ καὶ σύμπαντι, ὁ δὴ κόσμον ὀνομάζομεν, ἄμα ἐννόμισταται<sup>3</sup>). συντέτακται συνηρμοσμένως τὰ ὅντα<sup>4</sup>). Huc spectant etiam verba η κατὰ φύσιν ἔνωσις VIII, 34 et τὸ ὄλοκληρον V, 8<sup>5</sup>). —

Rerum igitur et animalium, quum, quod suum est, quodque exsequatur et perficiat (τὸ ἴδιον ποιεῖ)<sup>6</sup>), cum reliquis una ac simul rerum ordinem componit eundem (cfr. l. s. l.) idemque unum opus adjuvat alia ratione aliud (πάντες εἰς ἐν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν . . . ἄλλος δὲ καὶ ἄλλο συνεργεῖ)<sup>7</sup>), quare hujus totius mundi concordia, quae mutua navata omnium rerum opera (omnia sunt συνεργὰ καὶ συνεργετικά l. l.) efficitur, ex discordibus et paene contrariis constat, i. e. τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συγκομούμενον<sup>1</sup>).

1) VII, 9.

2) V, 8.

3) VI, 25.

4) IV, 45.

5) πηροῦται γάρ τὸ ὄλοκληρον, ἕάντι καὶ διοῖν διακόνης τῆς συναρτείας καὶ συνεχείας ὥσπερ τῶν μορίων, οὗτο δὴ καὶ αἴτιον.

6) V, 1. οὐδὲ βλέπεις τὰ γυνάρια, τὰ στρονθάρια, τὰς μίσμαρτας . . . τὸ ἴδιον ποιούντας, τὸν καθ' αὐτὰς συγκομούσας κόσμον, ἐπειτα σὺ οὐδὲ τίλεις τὰ ἀνθρωπικά ποιεῖν κτλ.

7) VI, 42.

8) Senec. quaest. nat. VII, 27. tota haec mundi concordia ex discordibus constat.

Jam vero neque harmonia neque organismus esse potest, nisi et quaeque res eum tenet locum, qui pro ejus dignitate ei debetur et accidentur cuique, quae ex aequo et justo accidere oportet. Quod in mundi constitutione minime neglectum est; nam δρᾶς, πῶς ὑπέταξε (sc. ὁ τοῦ ὅλου νοῦς), συνέταξε, καὶ τὸ καὶ ἀξίαν ἀπένειμεν ἔκάστοις<sup>1)</sup> et πᾶν τὸ συμβαῖνον δικαίως συμβαίνει. ὁ ἐὰν ἀκριβῶς παραφυλάσσῃς, εὐδήσεις· οὐ λέγω μόνον κατὰ τὸ ἔξῆς, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ κατὰ τὸ δίκαιον καὶ ὡς ἂν ὑπό τυνος ἀπονέμοντος τὸ καὶ ἀξίαν<sup>2)</sup>). Ut vero intelligas quidque instructum et exornatum esse iis rebus, quae, ut par est, ei debeantur, ne conferas, num virtus quaedam uni rei attributa pari modo inveniatur in reliquis, sed conferendae sunt omnes unius virtutes cum omnibus alterius, ἡ φύσις ἵσονς καὶ καὶ ἀξίαν τοὺς μερισμοὺς χρόνων, οὐσίας, αἰτίου, ἐνεργείας, συμβάσεως ἔκάστοις ποιεῖται. σχόπει δὲ, μὴ εἰ τὸ πρός ἐν ἵσον εὐδήσεις ἐπὶ παντὸς, ἀλλὰ εἰ συλλήβδην τὰ πάντα τοῦτο πρός ἀθρόα τὰ τοῦ τέκον<sup>3)</sup>). Itaque quum ex virtute cujusque rei ordo ac dispositio facta sint, deterior quaeque res melioris causa creata est, meliores autem, ut societatem ac commercium inter se habeant, i. e. τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἔνεκεν, τὰ δὲ κρείττω ἀλλήλων<sup>4)</sup>). —

Redeamus jam, unde profecti sumus. Mundum unum ac totum esse explicavimus. Singulae igitur, quae in mundo inveniuntur, res hujus unius ac totius partes sunt, i. e. μέρη τοῦ ὅλου<sup>5)</sup>). Itaque, qualis est mundi natura, eadem natura utuntur res singulae cfr. II, 9. τούτων δὲ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις καὶ τίς ἡ εμή, καὶ πῶς αὕτη πρός ἐκείνην ἔχουσα καὶ ὅποιόν τι μέρος ὅποιον τοῦ ὅλου οὖσα, καὶ δι τούτων δὲ καλύτων τὰ ἀκόλουθα τῇ φύσει, ἡς μέρος εἰ, πράσσειν. II, 16. ἀπόστασις τῆς φύσεως, ἡς ἐν μέρει αἱ ἔκάστοις τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχονται. Quare ut mundus universus sic pars ejus quaeque ex causa et materia constat, ita ut tota ex causa totaque ex materia cuique rei pars quaedam assignata sit, ἀπομεμέρισται<sup>6)</sup>).

Hac ex ratione, quae intercedit inter mundum universum et singulas res, alia quaedam efficiuntur. Quidquid mundo non nocet, ne singulis quidem est malum; nam iis tantum rebus in pejus mutari potest pars, quibus totum corruptitur; quod contra utilitati est toti, idem et parti proposito necesse est. Quo spectant hi loci I, 6. καθότι μέρος εἴμι, οὐδενὶ δυσαρεστήσω τῶν ἐκ τοῦ ὅλου ἀπονεμομένων. οὐδὲν γὰρ βλαβερὸν τῷ μέρει, ὃ τῷ ὅλῳ συμφέρει. IV, 23. πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοι εὐδημοστόν ἔστιν, ὡς κόσμε, οὐδέν μοι πρόωρον, οὐδέν ὄψιμον τὸ σοι εὔκαιρον. πᾶν μοι καρπὸς κτλ. In toto autem nihil est vel a toto nihil fit, quod sibi ipsi noceat vel malum sit, οὐ γὰρ ἔχει τὸ ὅλον, ὃ μὴ συμφέρει ἕαντε<sup>7)</sup>). Huc accedit, quod ne extrinsecus quidem detrimentum toti possit importari, quoniam praeter illud ipsum

1) V, 30.

2) IV, 10.

3) VIII, 7.

4) V, 16; cfr. V, 30. πεποίηκε γοῦν (sc. ὁ τοῦ ὅλου νοῦς) τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἔνεκεν καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλους συνήρμοσεν. VII, 55; XI, 18; XI, 10.

5) X, 6. μέρος εἴμι τοῦ ὅλου ὑπὸ γένεως διοικούμενον. Ἐπειτα δι τούτῳ ἔχω πως οὐκείως πρός τὰ ὅμοιεν μερη. II, 3 τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον, οὐ μέρος εἰ. II, 4.

6) XII, 32. πόστον μέρος τῆς ὅλης οὐσίας ἀπομεμέρισται ἔκάστῳ; πόστον δὲ τῆς ὅλης φυγῆς; V, 24.

7) X, 6.

nihil est, πασῶν μὲν φύσεων κοινὸν ἔχονσῶν τοῦτο (sc. μὴ ἔχειν, διὰ μὴ συμφέρει ἔανταις), τῆς δὲ τοῦ κόσμου προσειληφνίας τὸ μηδὲ ὑπό τυνος ἔξωθεν αἰτίας ἀναγκάζεσθαι βλαβερόν τι ἔαντη γεννᾶν (l. l.). Nam κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἔκαστα περιφέρεται, οὐ γὰρ κατ' ἄλλην γέ τινα φύσιν ἔτοι ἔξωθεν περιέχονσαν ἢ ἐμπεριεχομένην ἔνδον ἢ ἔξω ἀπηρτημένην<sup>1)</sup>. Quaecunque igitur fiunt hominibusque accidunt, et toti et singulis rebus utilitati sunt, ὅσα ἔκάστῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμφέρει<sup>2)</sup>. παντὶ φύσεως μέρει ἀγαθὸν, διὰ φέρει ἢ τοῦ ὅλου φύσις καὶ διὰ ἔκεινης ἔστι σωστικόν<sup>3)</sup>. συμφέρει ἔκάστῳ, διὰ φέρει ἔκάστῳ ἢ τῶν ὅλων φύσις, καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἔκεινη φέρει<sup>4)</sup>, quos ad locos haec praeclara verba adjicio: τοιοῦτόν τι σοι δοκεῖτο, ἀνυσίς καὶ συντέλεια τῶν τῇ κοινῇ φύσει δοκούντων, οἷον ἢ σὴ ψήσια. καὶ οὕτως ἀσπάζον πόνη τὸ γινόμενον, καὶ ἀπηγνέστερον δοκῆ, διὰ τὸ ἔκεινε τῆς ἀγειν, ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου ψήσιαν . . . οὐ γὰρ τοῦτό τινι ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν. οὐδὲ γὰρ ἢ τυχοῦσα φύσις φέρει τι, διὰ μὴ τῷ διοικούμενῳ ὑπὲρ αὐτῆς κατάλληλόν ἔστιν<sup>5)</sup>.

Vides naturam, quam benigne et toti et partibus consuluerit. Etenim nihil ab ea proficiscitur, quod rebus, quas mundus complectitur, detrimentum afferat. Εἰμαρμένη igitur illa, qua mundum regi ac gubernari supra intellectimus, neque dira neque injusta necessitas est, i. e. ἀνάγκη εἰμαρμένη καὶ ἀπαράβατος τάξις<sup>6)</sup>, sed benevolē omnia curat singulisque clementer providet<sup>7)</sup>. Rerum igitur ordinem, qui est, et constituit<sup>8)</sup> et regit<sup>9)</sup> providentia i. e. πρόνοια.

Jam nonnulla sunt nobis supplenda, quae supra negleximus vel quae, ne sententiā ordinem interrumperemus, consulto omisimus. Omnium et rerum et causarum, ut vidimus, admirabilis continuatio et series est, ita ut ex toto nihil possit eripi, quin ordinis integritas turbetur et quasi tollatur. Quaecunque igitur et sunt et accidunt, necessaria sunt. Altera autem ex parte nihil in mundo desideratur. Etenim si necessarium quid fuisse, quod in mundo non invenitur, a natura, quae et justa est et ratio ipsa, factum esset. Itaque in rerum dispositione nihil neque injuste neque in considerate neglectum est XII, 5: τοῦτο δὲ εἴπερ καὶ οὗτος ἔχει, εἰς ἵσθι, διτι, εἰ ὡς ἐτέρως ἔχειν ἔδει, ἐποίησαν ἄν (sc. οἱ θεοί). εἰ γὰρ δίκαιον ἦν, ἦν ἄν καὶ δυνατόν, καὶ εἰ κατὰ φύσιν, ἥνεγκεν ἄν αὐτὸν ἢ φύσις. ἐκ δὲ τοῦ μὴ οὗτος ἔχειν, εἴπερ οὐχ οὗτος ἔχει, πιστούσθω σοι τὸ μὴ δεῆσαι οὕτω γίνεσθαι . . . ἀριστοὶ καὶ δικαιότατοί εἰσιν. εἰ δὲ τοῦτο, οὐχ ἄν τι περιεῖδον ἀδίκως καὶ ἀλόγως ἡμελημένον τῶν ἐν διακοσμήσει. Ergo mundus perfectus et numeris suis absolutus est<sup>10)</sup>. — Pertinet autem ad perfectionem,

1) VI, 9.

2) VI, 45.

3) II, 3.

4) X, 20.

5) V, 8; cfr. III, 4. τὰ ἔαντη ἐκ τῶν ὅλων συγχλωθόμενα ἀγαθὰ εἰναι πέπιστα. XII, 23 alia.

6) XII, 14.

7) IV, 10.

8) IX, 1. ὁρμὴ τινι ἀρχαὶ τῆς προνοίας καθ' ἥν ἀπό τυνος ἀρχῆς ὠρμηστεν ἐπὶ τὴνδε τὴν διακοσμησιν.

9) XII, 24. ἐπὶ τῶν ἔξωθεν συμβανόντων (sc. διὰ πρόχειρα ἔχειν), διτι ἤτοι κατ' ἐπιτυχίαν ἢ κατὰ πρόνοιαν. De dicendi genere disjunctivo apud Marcum cfr. Adn. pag. 14.

10) Cic. de nat. deor. II, 14, 37. Mundus quoniam omnia complexus est nec est quidquam, quod non insit in eo, perfectus undique est.

imprimis Graecorum sententia, pulcritudo, ita ut res non pulcras, quamvis aliis ex partibus praeclarae atque egregiae sint, perfectionis nomine complecti non licet. At vero si mundum ejusque partes contueamur, non solum rebus a natura ipsa formati sua cuique pulcritudo propria (*ἴδιον κάλλος*<sup>1)</sup>) attributa est, verum etiam quaecunque ad res a natura factas accedunt (*τὰ καὶ ἐπακολούθησιν συμβαίνοντα* s. *τὰ ἔπιγνωμενα* vel *τὰ ἐπιγενήματα* pag. 17), quamvis, si per se tantum spectentur, a pulcritudine longissime absint (*πόρρω δῆτα τοῦ εὐειδοῦς*), tamen ceteras res ad totum ornandum adjuvant (*συνεπικοσμεῖ*). Ita persuasum est Marco res a natura factas (*τὰ γύσει γνώμενα*) pulcritudine non carere, ut hujus rei argumentatione omissa id tantum probare necesse habeat ne in *ε' πιγνομένοις* quidem venustatem quandam desiderari.<sup>2)</sup> Si vero cujus rei partes sunt pulcræ et ita conjunctæ, ut ex omnibus concors quasi efficiatur et congruens concentus, res tota necesse est pulcra sit. Mundi partes esse pulcras modo intelleximus; ex omnibus partibus effici *ἀρμονίαν* explicatum est pag. 29; ergo mundus pulcer.

Has ad quaestiones tertiam adjiciamus. Constat mundus ex materia et causa, haec illam pervagans gubernat intra, veluti animalis corpus regitur animo. Et re vera unum animal esse mundum ut Stoicis omnibus ita Marco placet. IV, 40 ὡς ἐν ζῶν τὸν κόσμον μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον συνεχῶς ἐπινοεῖν καὶ πῶς εἰς αἰσθησιν μίαν τὴν τούτον πάντα ἀναδίδοται, καὶ πῶς δῷμῇ μιᾷ πάντα πράσσει κτλ.

Hujus animalis natura eadem est atque, ut postea docebitur, omnium animantium ratione praeditorum. Utitur *σώματι*, *ψυχῇ*, *νῷ* s. *ἡγεμονικῷ*, quo spectat XII, 30: *μία οὐσία κοινῇ*, καὶ διείργηται ἴδιας ποιοῖς *σώμασι μνησίοις*. *μία ψυχὴ*, καὶ δύσεσι διείργηται *μνησίας* καὶ *ἴδιας περιγραφαῖς*. *μία νοερὰ ψυχὴ*, καὶ διακεκρίσθαι δοκεῖ. Una materia i. e. unum corpus, una anima, una mens, numquid aliud efficiunt atque unum animal ratione praeditum? Idem docet universæ naturæ ex hominis similitudine inditum nomen *τὸ ηγεμονικὸν τοῦ κόσμου*<sup>3)</sup> s. *τὸ κοινὸν ηγεμονικόν*<sup>3)</sup>. Significat enim haec vox, ut postea videbimus, eam animæ partem, quæ dicitur rationalis. Ergo mundus et anima et ratione utitur, i. e. animal est ratione praeditum.

#### § 10.

#### De malis, quae in mundo inveniuntur.

*τὰ καὶ ἀλήθειαν κακά. — ὁ τῶν ὅλων λόγος οὐδεμίαν ἔν ἔαντῳ αἰτίᾳν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν. κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ οὐδὲ βλάπτεται οὐ νέτ*

1) III, 2 cfr. adn. 5 pag. 17. Locus ibi allatus his excipitur verbis (*πολλὰ ἔτερα . . . συνεπικοσμεῖ καὶ ψυχαγωγεῖ*), ὥστε, εἰ τις ἔχει πάθος καὶ ἔνοιαν βαθυτέραν πρὸς τὰ ἐν τῷ ὅλῳ γνώμενα, σχεδὸν οὐδὲν οὐχὶ δύσκει αὐτῷ καὶ τὸν κατ' ἐπακολούθησαι συμβαίνοντων ἡδεῖς πιος διασυνισταθεῖ. οὗτος δὲ καὶ θηριῶν ἀληθῆ χάσματα οὐχ ἡσσον ἡδεῖς ὄντες ἢ δύσκεις καὶ πλάσται μιμούμενοι διεκνίνονται. καὶ γραῦς καὶ γέροντος αἱμάτην τινα καὶ ὠραν καὶ τὸ ἐν πειροῖς ἐπαγρόδιτον τοῖς ἔαντον σώμασιν οὐθαλμοῖς ὡρᾶν δινήσκεται. καὶ πολλὰ τοιαῦτα οὐ παντὶ πιθανά, μόνῳ δὲ τῷ πρὸς τὴν γένοντα καὶ τὰ ταῦτα ἔγα γνησίως φεύγομέν φοροπεσεῖται.

2) VII, 75.

3) VI, 36.

έκείνου. — γενικῶς μὲν η̄ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον. — ὅπον τὸ τέλος, ἐκεῖ τὸ ἀγαθὸν ἔκαστον. παμ τὸ ἀγαθὸν = τὸ συμπληρωτικὸν τοῦ τέλον. — οὔτε κακὸν οὔτε ἀγαθὸν, ὅτι ἐπίσης δύναται συμβαίνειν κακῷ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ. — τὸ ἀγαθὸν καλόν, τὸ κακὸν αἰσχρόν ἔστιν. — τοῖς μὲν κατ' ἀλήθειαν κακοῖς ἵνα μὴ περιπίπτῃ ὁ ἀνθρώπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθεντο οἱ θεοί. — τὰ φύσεως μέρη οὔτε περιπτωτικὰ τῷ κακῷ οὔτε ἐξ ἀνάγκης ἔμπτωτα εἰς τὸ κακόν. — ἀκοντες ἀμαρτάνοντιν, ἔκοντες ἀμαρτάνοντιν. — οὐδὲν κακὸν κατὰ φύσιν. —

Esse in mundo mala intelligimus ex II, 11<sup>1)</sup>), ubi κακοῖς, quae vulgo dicuntur, opponuntur τὰ κατ' ἀλήθειαν κακά. Quum vero, quaecunque sunt, a principiis proficiscantur, ex his mala quoque orta sint necesse est. Ratio autem universi nullam in se habet male faciendi causam nec quidquam mali facit, VI, 1. η̄ τῶν ὅλων οὐσία εὐπειθῆς καὶ εὐτρεπῆς ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἴτιαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν. κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ οὐδὲ βλάπτεται τι ὑπὲρ ἔκείνου. Itaque malum situm est in materia. Est igitur a principio. Quum autem nihil, quod sit, in nihilum possit interire, malum nunquam in mundo non est.<sup>2)</sup> Tamenne hic mundus dicitur perfectus? Natura, veluti obstantem quenque ac resistantem causarum seriei et continuationi tam bene inseruit, ut hi quoque ordinem rerum tueantur atque sustineant, prorsus eadem ratione, quae mala reperiebat in materia, rerum in ordine collocavit totiusque in usum ita convertit, ut haec quoque pro viribus et abundanter totius ad concentum perfectionemque conferant. Idem fere cadit in mundum, quod in musicae artis opus summum et perfectum, cuius concentum soni etiam discrepantes adjuvant. Inde verba: γενικῶς μὲν η̄ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον<sup>3)</sup> et οὐδὲ ἔχει τὸ ὅλον, ὁ μὴ συμφέρει ἑαυτῷ.<sup>4)</sup> Communi igitur rerum naturae nihil est malum; quare quae inveniuntur mala, minime pugnant cum mundi perfectione nec tollunt eam.

Ad singulas res nobis descendantibus primum quaerendum est, quid sit malum his. Inspiciamus V, 16. οὐπερ ἔνεκεν ἔκαστον κατεσκεύασται, πρὸς τοῦτο φέρεται. πρὸς δὲ φέρειαι δὲ, ἐν τούτῳ τὸ τέλος αὐτοῦ. ὅπον δὲ τὸ τέλος, ἐκεῖ καὶ τὸ συμφέρον καὶ τάγαθὸν ἔκαστον et V, 15. τὸ ἀγαθὸν = τὸ συμπληρωτικὸν τοῦ τέλον. Quae quum ita sint, rei cuique est malum, quidquid obstat, quominus ad finem propositum perveniat. Est autem non solum ratione praeditorum<sup>5)</sup>, sed omnium commune propositum, ut leges sequantur universae naturae. Quod ut faciant, exceptis ratione praeditis solis cetera fatali necessitate coguntur (cfr. pag. 28). Quare malum in haec non magis quam in totum mundum cadit. Sin vero aliis locis Marcus etiam experia rationis in mala incidere dicit, ad vulgarem ac popularem sensum accommodate loquitur, id quod sequentia probabunt.

1) τοῖς μὲν κατ' ἀλήθειαν κακοῖς ἵνα μὴ περιπίπτῃ ὁ ἀνθρώπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθεντο (sc. οἱ θεοί). τῶν δὲ λοιπῶν εἰ τι κακὸν ἦν, καὶ τοῦτο ἀν προϊδούτο, ἵνα ἐπὶ πάντη τὸ μὴ περιπίπτειν αὐτῷ.

2) Senec. de provid. c. 5: non potest artifex mutare materiam.

3) VIII, 55.

4) X, 6.

5) II, 16. τέλος λογικῶν ζώων, τὸ ἐπισθῆται τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτίας τῆς πριεστυτάτης λόγῳ καὶ θεῷ i. e. γένου. Quod omnibus, non solum ratione praeditis esse propositum supra est demonstratum.

Solis ratione praeditis animalibus accidere potest, ut in mala deferantur; nam iis tantum permisum est, utrum sua sponte ac voluntate necne naturae leges sequantur, ita ut in mala incidat is, qui naturae resistere studeat, bona autem consequatur, qui illi pareat. Quaecunque igitur promiscue (*ἐπίσης*) accidunt vel accidere possunt et bonis et malis hominibus, ea neque bona neque mala sunt IV, 39: *κρινέτω* (sc. τὸ ηγεμονόν) μήτε κακόν τι εἶναι μήτε ἀγαθόν, ὁ ἐπίσης δύναται κακῷ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ συμβαίνειν. ὁ γὰρ τῷ κατὰ φύσιν βιοῦντι καὶ τῷ παρὰ φύσιν ἐπίσης συμβαίνει, τοῦτο οὔτε κατὰ φύσιν ἔστιν οὔτε παρὰ φύσιν. cfr. II, 11. Aliis verbis: bonum idem, quod honestum; nihil malum, nisi quod simul turpe sit. II, 11. Θάνατος δέ γε καὶ ζωὴ, δόξα καὶ ἀδόξια, πόνος καὶ ἡδονὴ, πλούτος καὶ πενιά, πάντα ταῦτα ἐπίσης συμβαίνει ἀνθρώποις τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς, οὔτε καλὰ ὄντα οὔτε αἰσχρά. οὐτ' ἂρ' ἀγαθά, οὔτε κακά ἔστιν. II, 1. ἐγὼ δὲ, τεθεωρηκὼς τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, οὗτοι καλὸν, καὶ τοῦ κακοῦ, οὗτοι αἰσχρὸν κτλ.

Jam vides, quanta benignitate in malis disponendis natura rerum usus sit, quae, quum prorsus tollere e mundo mala non potuerit, sic tamen singulis consuluerit rebus, ut aliis nulla ex parte relicta sit in mala incidendi facultas, aliis, quae quidem illa facultate utantur, omni ex parte, ne cogantur incidere, provisum sit; II, 11. τοῖς μὲν κατ' ἀλήθειαν κακοῖς ἵνα μὴ περιπίπτῃ ὁ ἀνθρώπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθεντο. τῶν δὲ λοιπῶν εἴ τι κακὸν ἦν, καὶ τοῦτο ἀν περιδοντο, ἵνα ἐπῇ πάντη τὸ μὴ περιπίπτειν αὐτῷ . . . οὔτε δὲ κατ' ἄγνοιαν, οὔτε εἰδνῖα μὲν, μὴ δυναμένη δὲ προσφυλάξασθαι ἢ διορθώσασθαι ταῦτα ἢ τῶν ὅλων φύσις παρεῖδεν ἄν. οὔτε ἀν τηλικούντον ἥμαρτεν, ἤτοι παρ' ἀδνημίᾳν ἢ παρ' ἀτεχνίᾳν, ἵνα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐπίσης κτλ. Sunt igitur τὰ φύσεως μέρη neque περιπτωτικὰ τῷ κακῷ (i. e. non casui vel fortunae permisum est, utrum in mala incident necne), neque ἐξ ἀράγης ἔμπιστα εἰς τὸ κακόν<sup>1)</sup> (i. e. quae in mala incidere necesse est), sed penes res ipsas (ἐπ' αὐτοῖς) potestas est et incidendi et non incidendi; cfr. e. g. VIII, 29. νῦν ἐπ' ἐμοὶ ἔστιν, ἵνα ἐν ταύτῃ τῇ ψυχῇ μηδεμία πονηρία γίγνεται μηδὲ ἐπιθυμία μηδὲ ὅλως ταραχή τις . . . μέμνησο ταύτης τῆς ἔξουσίας κατὰ φύσιν. Itaque si male quis quid fecerit, nemini nisi sibi ipse nocet, VIII, 55 γενικῶς μὲν ἡ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον, ἢ δὲ κατὰ μέρος οὐδὲν βλάπτει τὸν ἔτερον. Μόνῳ δὲ βλάβερά ἔστι τούτῳ, φῶτεροπαται καὶ ἀπηλλάχθαι αὐτῆς, ὅπόταν πρῶτον οὗτος θελήσῃ. Totum autem in rerum ordinem et malus ipse et facta ejus ita rediguntur, ut necessaria mundi membra bonorumque omnium libramentum quasi et contrarium pondus fiant, quare dicere licet VI, 42: καὶ γὰρ τοῦ τοιούτον (sc. τοῦ ἀντιβαίνειν πειρωμένον καὶ ἀναιρεῖν τὰ γνόμενα i. e. τοῦ κακοῦ) ἔχομένεν ὁ κόσμος, quo cum loco conferas Chrysippum apud Gellium noct. Att. VI, 1: „mundus, in quo bona non inesse potuissent, si non essent ibidem mala. Nam cum bona malis contraria sint, utraque necessum est opposita inter se et quasi mutuo adverso quaeque fulta nisu consistere; nullum adeo contrarium est sine contrario altero.“ —

Vidimus igitur a natura malum non factum, immo vero, quum tolli non posset, in totius usum atque salutem sapienter conversum esse, ita ut animantibus ratione

1) X, 7.

praeditis data sit in mala incidendi non necessitas, sed facultas, quare nulla jam restat causa, cur deum accusemus aut adversus homines inimici partes geramus<sup>1)</sup>.

Quaerat fortasse quis, res si ita se habeat, ut cujusque in potestate sita sint mala, quare dicere licet homines peccare et inscios (*ἄγνοοῦντας*)<sup>2)</sup> et invitios (*ἄχοντας*)<sup>3)</sup> et necessitate quadam coactos (*ἐξ ἀνάγκης*)<sup>4)</sup> vel *βιαζομένους*)<sup>5)</sup>. Quid est, quod, ut peccent sive in mala irruant homines, cogat? Falsa de rebus dogmata<sup>6)</sup>, ex quibus, ut in logicis indicavimus, nascuntur hominis actiones, cfr. VIII, 14 οὗτος τίνα δόγματα ἔχει περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν; εἰ γὰρ περὶ ηδονῆς καὶ πόνου κτλ. . . τοιάδε τινὰ δόγματα ἔχει, οὐδὲν θαυμαστὸν ἢ σένον μοι δέξει, ἐὰν τάδε τινὰ ποιῇ. καὶ μεμνήσομαι, ὅτι ἀναγκάζεται οὕτως ποιεῖν. Dogmata autem, quippe quae nitantur visionibus, hominis sita sunt in potestate (cfr. logica pag. 7), quare hac ex parte homo ἔκανε i. e. sua sponte ac voluntate peccat sive in mala incidit. — Haec de *κακοῖς καὶ ἀληθειαν*. —

Quae vulgo dicuntur mala, θάνατος, πενία, ἀδοξία, πόνος (cfr. II, 11) vel τὸ δηλητήριον καὶ πᾶσα κακονογία, ὡς ἄκανθα, ὡς βάρβορος (VI, 36), proprie hoc nomine non significanda sunt. Aliis ad rerum ordinem servandum naturae opus est, e. g. morte, qua res solvuntur in elementa novas res formatura, itaque sunt *κατὰ φύσιν*. οὐδὲν δὲ κακὸν κατὰ φύσιν II, 17; alia ad res a natura bene ac pulere creatas per consequentiam accidunt (i. e. ἐπιγεννήματα τῶν σεμνῶν καὶ καλῶν VI, 36), quae, quamvis sola per se spectata foeditatem quandam exhibere videantur, tamen totius ornatui atque concentui prosunt ideoque mala esse non possunt; alia, quaē, ut in artificum vel opificum officinis, per necessitatem quandam naturae operum quasi ramenta et segmenta (*ξέσματα καὶ περιτμήματα*) decidunt. Iis quam mirifice utatur natura, intelligitur ex VIII, 50: μὴ προσείπῃς „τί δὲ καὶ ἐγίνετο ταῦτα ἐν τῷ κοσμῷ;“ ἐπεὶ καταγελασθήσῃ ὑπὸ ἀνθρώπου φυσιολόγου, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τέκτονος καὶ σκυτέως γελασθείης, καταγινώσκων, ὅτι ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ ξέσματα καὶ περιτμήματα τῶν κατασκευαζομένων δρᾶς. καίτοι ἐκεῖνοι γε ἔχοντι, ποὺ αὐτὰ φίψωσιν. ή δὲ τῶν ὅλων φύσις ἔξω οὐδὲν ἔχει. ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς τέχνης ταύτης ἐστὶν, ὅτι περιορίσασα ἔαυτὴν πᾶν τὸ ἔνδον διαφθείρεσθαι καὶ γηράσκειν καὶ ἄχρηστον

1) VI, 41: ἐὰν μόνα τὰ ἔτι ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ κακὰ κρίνωμεν, οὐδεμία αἰτία καταλείπεται οὔτε θεῷ ἐγκαλέσαι οὔτε πρὸς ἀνθρώπους σῆσαι στάσιν πολεμίου.

2) XI, 18. εἰ δὲ οὐκ ὁρθῶς (sc. ταῦτα ποιοῦνται), δηλονότι ἀκοντεῖς καὶ ἀγνοοῦντες. VII, 22.

3) XI, 18; VII, 22, cfr. adn. 2; praeterea IV, 3 ἀκοντεῖς ἀμαρτάνονται. VII, 63. πᾶσα ψυχὴ ἀκοντα στέρεται τῆς ἀληθείας, οὕτως οὖν καὶ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ εἰμενίας καὶ παντὸς τοῦ τοιούτου.

4) IV, 6. ταῦτα οὕτως ὅπο τῶν τοιούτων πέμψει γίνεσθαι, ἐξ ἀνάγκης· οὐδὲ τούτο μὴ θέλων θέλει τὴν συκῆν ὅπορ μὴ ἔχειν.

5) X, 30. τοῦτῳ γὰρ ἐπιβάλλων (sc. τι παρόμοιον ἀμαρτάνεις), ταχίως ἐπιλήσῃ τῆς ὁργῆς συμπίπτοντος, ὅτι βιάζεται. cfr. XII, 16.

6) VI, 27. πῶς ὡμόνιον ἔστι μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀνθρώποις ὅρματα ἐπὶ τὰ φανόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα καὶ συμφέροντα; καίτιοι τόποιν τινὰ οὐ συγχώνεις αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, ὅταν ἀγανακτήσῃς, ὅτι ἀμαρτάνονται. θέρονται γὰρ πάντως ὡς ἐπὶ οἰκεῖα καὶ συμφέροντα αὐτοῖς, cfr. VII, 26; II, 1.

*εῖναι δοκοῦν εἰς ἔαντὴν μεταβάλλει, καὶ διὰ πάλιν ἄλλα νεαρὰ ἐξ τούτων αὐτῶν ποιεῖ, ὥστα μήτε οὐσίας ἔξωθεν χρῆση, μήτε, ὅπου ἐκβάλῃ τὰ σαπρότερα, προσδέγηται. —*

---

Hic substistendum est, quum nunc jam ingenti timore crucier, ne impensas huic libello typis exscribendo constitutas excedens tentissimas gymnasii nostri aerario detrimentum inferam, quod vix resarciri possit. Caefera sequentur alias.

Dr. M. Koenigsbeck.

---